lantur prelati alijs ecclesijs assignati. ut. §. de postu. bone me. in prima et secunda. r. si unanimiter quos transferri. os. ideo hic de transla. tractatur. ¶ Uideamus igitur quid sit translatio. qui possunt transferri. ad quem pertinet potestas transferendi. r. que sit causa transferendi. ¶ Translatio test de sede ad sedem commutatio. unde quod hic appellatur translatio alibi appellatur mutatio. ut. vij. q. j. mutationes. ¶ Potest transferri aliquis de minori ad maiorem ecclesiam. qui enim prouehitur de minori ad maius prouehitur. xxiij. dist. legimus in fin. ff. de ma. et ho. l. ut gradatim. et maxime obtinet cum agitur de translatione episcoporum. cum enim episcopi transferri possint de sedibus ad sedes nisi per dispensationem. ut not. §. de postulatione. facilius dispensatur: ut de minori quis transeat ad maiorem quam de pari ad parem vel de maiori ad minorem. ut. infra eodem titulo capitulo primo. r. capitulo. licet. Est igitur hoc secundum ordinem ut habes minorem dignitatem transferatur ad maiorem. ut. infra eodem capitulo. vij. b. j. mutationes. ¶ Pertinet autem translatio episcoporum ad papam solum. ut. infra eodem titulo capitulo. vij. q. j. mutationes. r. infra eodem titulo inter corporalia. Alio autem prelatorum inferiorum ad episcopos translatio nec fieri debent auctoritate episcoporum. ut. vij. q. j. prima episcopus de loco. nisi prelatus is qui transferendus est sub sit Roma. eccle. immediata. ut. §. de consue. cum venerabilis. ¶ Item requirit consensus capitulorum seu clericorum a quibus sunt aliqui transferendi. est enim quedam alienatio. r. ideo consensus clericorum est requisitus. ut. x. q. ij. in autem. hoc ius potestatum. xij. q. ij. sine exceptione. x. q.

ij. in. c. vlti. nam maior est alienatio personarum quam rerum quia persone precliosiores sunt rebus. ut. xij. q. j. §. cipimus prius querenda est perior. nam iuris ratio. ut. ff. de iure codic. l. quidem referuntur hominum gratias res nam comparauit. ut. insti. de re. di. §. in pecudum. r. q. dico requirendum consensum clericorum locum habet in his prelatis qui sub sunt episcopis immediate ar. lxxij. dist. clericos. i. de renu. ad monet. sed si alijs prelatis medijs sub sunt ut abbatibus seu prepositis eorum etiam consensus est requirendus. ut. lviij. di. c. j. r. lxx. q. ij. conquestus. lviij. di. c. j. sed si palium episcopatum clericus vocatur sit tunc siue habeat medium prelatum siue non. consensus episcopi est requisitus. ut. l. xj. dist. per totum. lxxv. dist. florentinum. ¶ Sed quid si prelatus aliquis vocatus ad dignitatem maiorem nolit transire. dixerunt quidam cogi non posse quia nemo cogitur crescere inuitus ut. lxxij. dist. gesta. sed si ex causa utilitatis vel necessitatis peratur translatio puto fore cogendum. ar. vij. q. j. omnis qui gemebat nec ob. quod dicitur quod nemo crecere inuitus compellitur quia multa bona conferuntur inuitis. ut. lxxij. di. r. qui emendat. et inuitus aliquis liberatur. ut. ff. de nego lge. l. soluen. do. ff. de solu. l. saluacionem argu. ad idem. ff. de lib. cau. l. j. r. ij. ff. de appella. l. non tantum. ff. quando appella. fit. l. ij. §. vlti. ¶ Transfere autem episcopos et superiores solius pape est ut dicitur est. ubi hoc qd alia soli pape spectat q. bis vbi. notat. ¶ Restat papa. solus depositus r. ppe. diuidit ac vni eximit atq. pbat. articulos soluit synodus: facit generalia. r. transfert mutatur. non prouocatur. vlti. ab illo. vlti. sine gla. pbat. p. iura. ij. q. vj. Jdeo. ij. q. vj. Quis. r. c. dudum. xvi. q. j. precipi

↑
Causa
trāsse
rendi

mus. vii. q. j. et temporis. xvi. q. j. frat-
ter noster. xvi. distin. regula. xii. q. j.
quotiens. xvi. distin. c. j. et. vii. q.
j. temporis qualitas. c. mutationes.
et. q. d. i. cuncta. ¶ Translatio num
cause que sunt. utilitas et necessitas
vt. vii. q. d. i. Omnis qui gemebat et. c.
episcopus de loco qui enim ex alte-
ra istarum causarum transfert non transit
sed transfertur. vt. vii. q. j. mutationes
non mutat sed mutatur. vt. vii. q. d. j.
scias. ¶ Tres autem sunt cause tras-
situs leuitatis cupiditatis et humili-
tatis. Cum quis utilitatis causa tras-
fertur omnino eximitur et liberatur
a prima. vt. s. de postu. bone me. in se-
cunda in si. Ut nihil commune habe-
at cum prior. vt. xxi. q. j. Si quis ias
translatus. quod intelligo cum tras-
latus est cum effectum ut possessio
nem illius habeat ad quam transfer-
tur. vt. s. titulo prior. cum in cunctis.
Alioquin secus. vt. xxi. distin. si quis
episcopus ordinatus. et. c. si quis epi-
scopus. et. c. si quis episcopi. sic et ex eo
tempore incipit quis posse testari in
re militari cum in numerum militum
est receptus non cunctus est in ty-
ronem. vt. ff. de mili. testa. l. Ex eo te-
pore. vel quod verius puto cum epi-
scopus absoluitur a vinculo quo prior eccle-
sie tenebatur data sibi licentia ad al-
teram transeundi antequam ad secun-
dam transferat. vel si non admittatur a
secunda ad huc dico nihil commune
habeat cum prior a qua exemptus
est. est tamen episcopus nullum possi-
dens episcopatum. vt. ff. de bon. pos.
ex testa. mili. l. yna. in si. verum tamen
quodvis possessionem ecclesie non ha-
beat ad quam transferatur dominum ta-
men vel ius in ea quesitum. vt. ff. de ac-
qui. pos. l. cum heredes. ¶ Cum cau-
sa necessitatis quis transferatur idem
est quod s. aliquando effi. ex causa necessi-
tatis fit translatio vt cum placet in sua

ecclesia persecutionem patitur et hostili-
tatem. Sed et tunc dicitur potest et utilita-
tis transferri. cum in sua ecclesia in-
fructuosus existat. et ob hoc iste due
cause plerumque coniungunt. vt. vii. q. j.
scias. s. titu. prior. in causa. Si vero
necessitatis causa non transferatur sed
sest. tunc cessante necessitate quasi
iure postliminii redit ad suam ecclesiam
vt. vii. q. j. postoralis. ¶ Transfert quis
de ecclesia ad ecclesiam cui leuitatis
in quo casu dixit ibi golinus q. si al-
teri ecclesie adhecat sine monitione
potest priuari prima nisi prima vo-
luerit eum repetere Si autem adhe-
serit alteri aut huius ecclesiam pro deli-
cto. aut non. Si huius pura matrimonium
sit miles. tunc sine monitione priua-
tur et idem dixit in aliis casibus. vt
cum quis defuerit ab ecclesia per tres
septimanas vel duos menses sine ius-
ta causa et absque licentia sui epi-
scopi in studio vel peregrinatione. In his om-
nibus dicitur posse priuari sine moni-
tione quasi in his omnibus ecclesia
pro derelicto habeatur. honestum est
tamen esse dicebat vt. admonetur. vt
vi. q. j. si quis in dero. et. c. si quis pre-
sbyter. j. de cler. non resi. inter quatuor
verius puto q. in his casibus et
cōsimilibus admonendus sit absens.
vt. j. de appel. peruenit. j. de sent. ex
com. in audientia. j. de cler. non resi.
Et parte. et ar. vii. q. j. peruenit. j. de
cle. non resi. ex tue. nec enim facile p-
sumendum est aliquem habere ecclesiam
pro derelicto forte multis laboribus
acquisitam. vt. j. de renun. super hoc.
nec ex sola absentia hoc presumitur
cui possit quis ex iusta causa abesse.
vt. j. vt lite non contesta. quoniam fre-
quenter. Sed si requisitus non inue-
niatur tunc procedatur secundum illam de-
cre. j. de de. non resi. ex tue. Ubi vero
certum esset ecclesiam non habere p-
derelicto vt cum quis ex fugiōis li-

etiam se absentat. et sive ira moretur q.
superiori placeat admonendus est et
non sine causa remouendus. vt. vii. q. j.
presentium. ¶ Item transit q. s. causa
pudicitie sue ambitionis. et tunc pri-
uatus est habita et ambira. vt. vii. q.
j. eos. Si quis episcopus. j. co. ti. quan-
to. sed ecclesia potest eum repetere si
vult. vt. vii. q. j. non oportet. Sed hoc
opponitur. Nonne hodie perdit pri-
mam recipiendo secundam. vt. j. de pre-
be. de multa. Rideo verdit sed non
perditur. unde si ecclesia prima velit
repetere suum prelatus si sine resi-
gnatione prioris ecclesie et sine supe-
rioris licentia transiit ad aliam bene
potest esse tamen presumptio canonis
q. eo ipso q. quis transit ad maiorem vi-
deatur ambitionis causa transiit. vt
vi. q. j. si quis episcopus. nullus enim tra-
sit de maiori ad minorem. vt. j. de de-
ri. non resi. c. j. ¶ Item transit aliquis
humilitatis. cum q. relicta sua eccle-
sia religionem ingreditur. Nam licet
in primis personis sufficiat licentia
petita et si non obtenta. vt. j. de regu. li-
cet eo q. q. spiritum dei ducatur non est
sub lege. xii. di. due. in episcopis tamen se-
cus est. vt dicam. j. de renun. ceteri ve-
ro prelatus inferiores episcopis et si li-
centiam petere debeant possunt tamen
ea non petita intrare. Præter hæc cum
s. religionis si quis velit ecclesiam dese-
rere resignet in manu prelatus. vt. j. de
renun. admonet. vel in manu pape si
ei subest immediatus. vt. j. eo. c. vlt. Alio-
quin ecclesia potest eum repetere si vult.
vt. vii. q. j. non oportet vel ipse superior.
vt. vii. q. prima. Si quis vero. et. c. si quis
presbyter. ipse autem repetere eccle-
siam non valet. vt. vii. q. j. eos. nam et
si inutilis sit renunciatio. habet ra-
torem in se ratiū pactum ne petat.
Sicut et iurilis acceptatio vt. C. de pa-
ctis. l. si unus. s. pe. ff. de accep. l. an in
utilis. et hoc verum est in prelaturis

iam quesitis. secus in acqrendis: vt
j. de his que sunt a maio. par. capl.
Ex ore. tunc si ex conscientia criminis
dimissa prelatura ad vitam mona-
chalem descendit ad prelaturam se-
culares resargere de iure non potest.
Alioquin secus. vt. vii. q. j. hoc nequa
q. j. de renun. post translationem.

¶ Unum autem in summa notabis
q. honores reales non sequuntur tras-
latum vt si primo fuerit palliatus et
transferatur ad aliam ecclesiam. que
dignitatem pallij habeat opus trans-
latum iterum palliari. s. de postu. bo-
ne memorie. in si. in secunda. quia li-
cet pallius videatur personale adeo
vt eius persona sepeliatur. vt. j. de vsu
pallij. ad hec. tamen gratia et contem-
platione loci datur. et ideo reale cen-
setur. unde persona cui conceditur non
vitur eo ultra locum. vt. j. de vsu pal-
lij. ex tuarum. et si palliatus loco re-
nunciet non retinet vñum pallij. vt. j.
de renun. ad supplicationem et succe-
dens palliato non vitur eo nisi pal-
lium ei concedatur. Sed iniuria fie-
ret ei si pallium non concedatur eis-
dem arg. ad hoc. ff. de aqua quoti. et
est. l. j. s. pe.

¶ De vsu pallij. Rubri.



Actum est su-

pra de postulatione de-
electis et de translatione.
ne. Sed quia per hos
modos assumptus vñ
pallio decet. si eccle-
sias ad quas assumuntur dignitas
pallij debeat ideo post illos tras-
cratus ponit Rubri. de vsu pallij.

¶ Videamus ergo quid sit pallius.
qui concedi debeat. et a quo. Tres qui-
bus locis et temporibus utendus sit
pallio. ¶ Pallium est insigne orna-

mentus archiepiscopi et episcopi sumptum de corpore beati Petri. ut supra de electio. significasti. In pallio autem plenitudo pontificalis officij confertur. ut infra eodem titu. nisi. unde ante pallij receptionem ecclesia dicitur viduata. ut. c. distinctione quoniam quia sine pallio quedam ex pediri non possunt. ut supra de elec. quod sicut. §. preterea. in Papa vero pallium designat plenitudinem potestatis. ut. §. eodem titu. ad honore. **C**onceditur pallium archiepiscopis et episcopis aliquibus ex specialibus gratia. ut. §. de prescriptis. cum in iuvenute. **C**oncedit pallium summus pontifex alicui prelato in curia existenti vel eius nuncio. vel mittit illud per apocrisarios Roma. ec. ut. §. de elec. significasti. c. dist. c. pallium. z. c. scrip. proum. **C**onceditur foris postulat. ut. c. distinctione. p. u. sca. sicut et littere dimissorie. ut. §. qd. vi. post appellationem. sicut et peccatorum remissio. ut de peniten. disti. j. importuna. **C**onceditur autem pallium his verbis. Ad honorem dei omnipotentis et beate Marie virginis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli. domini pape Gregorij et Roma. eccle. necnon ecclesie tibi commisse tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumptum. plenitudinem vero pontificalis officij ut vras eo inter ecclesiam tuam certis diebus qui ex pumuntur in privilegijs ab apostolica sede concessis. **C**onceditur iurati. ut. §. de electio. significasti. c. disti. opatum. cum augmento honoris pallij crescere debet cura pastoralis sollicitudinis. ut ornatum vestium actionum ornamenta conueniant. ut. c. distinctione omnis. Augeri enim debet utilitas per dignitates. ff. de iur. l. si loquens. in si. ff. de donatio. l. filius fami. ff. de usu. et ha. plenum. ff. de deleg. l.

si seruus plurium. ff. de iudi. l. sed et si suscepit. §. primo. et arg. §. de offi. de leg. sane. xxiii. questione. j. qui contra pacem. ij. questione. viij. quisq. Sed heu decorari pallio volumus forsan moribus indecorari. ut. c. distinc. contra morem. **C** Summus pontifex utitur pallio semper et vbiq. Alij autem prelati nec semper nec vbiq. quia ille in plenitudine potestatis illi in partem sollicitudinis sunt assumpti. ut. §. eodem titu. ad honores. Unde illi in sua ecclesia. id est in qualibz ecclesia sue prouincie si sit metropolitani vel iudicio. si sit episcopus utitur pallio. et certis diebus qui in privilegio sue ecclesie continentur. ut. §. eodem. c. j. z. c. ad honorem. z. c. vltio. Aliquando ex speciali concessione licet alicui extra suam prouinciam vel diocesis. uti pallio pro missarum solennitatibus pro consecratis suffraganeis et clericis ordinandis dummodo fiant de permissione illius in cuius diocesi celebratur. ut. §. eodem titu. et tuari. z. c. cum sis. sed licet ita sit de iure communi quod quisque non potest pallio nisi in sua prouincia vel dyocesi ut dicendum est sicut serica veste vtendū non est nisi in cena. ut. ff. de usu. l. sed et si quidem. §. sed et si vestimentorum. videtur tamen quodam argu. legalis non esse absonum si palliari vrantur pallijs extra suas diocesis. Nam procon sul suus utitur insignijs vbiq. postquam vrbem egreditur. ut. ff. de offi. p. con. l. j. Sed illud contingit ratione mittentis mittitur enim princeps. et ideo nam quā perueniat ad prouinciā sibi decretam utitur insignijs et exercet ea que sunt voluntarie iurisdictionis. ut ff. de offi. procon. l. ij. sicut et legatus domini pape qui dirigitur de latere ipsius. ut. §. de offi. leg. quod translatio nem. z. c. excommunicatis. z. §. de senten. excommu. ad emendat. **C**onceditur

anathema et anulum pastores deferunt quilibet metropolitano vbiq. in missa priuata. nam et flammis vbiq. pallium portabant. ut. xxj. disti. clericos. in eis enim non significatur plenitudo officij sicut in pallio. **C** In summa notandum est quod pallium datus est cum concessione noui privilegij reuocatione antiqui. ut. c. disti. c. ante penul. et vltimo.

De renunciatione. Rub.



Ma ea que

postulationibus electionibus et translationibus acquiruntur plenius renunciatione per duntur. ideo post tractatus illos subiungitur rubrica de renunciatione. **C** Videamus ergo quid sit renuntiatio quis posset renunciare. cui facienda sit renuntiatio. que possint renunciari. quis sit effectus renunciationis et an ad renunciandum quis compellatur inuitus. et an post renunciationem potest renunciare penitere. **C** Renuntiatio est proprie rei vel iuris spontanea refutatio. **C** Potest renunciare is ad quem pertinet quod renunciatur. Genera liter enim quilibet potest renunciare rei suo vel proprio iuri. ut probatur. §. per multa iura. z. viij. q. j. quam periculosum. **C** de pac. l. si quis in conscribendo. §. de foro competen. si diligenti. infra de regu. ad apostolicas. Sunt tamen quidam quibus liberum non est resignandi potestas ut prelato qui ligatus habent alas quibus satagunt volitare ut liberum non habeat ab eis superioris permissio ne volatum. ut infra eodem titu. l. iteras. z. c. nisi quorum causa renunciandi examinanda est. ut infra eo

dem titu. nisi. Et est ratio quia prelatura non datur alicui propter ipsum solum sed propter alios non ut prelat sit sed ut pro sit. ut prima questione. §. §. ecce cum honore. viij. questione prima qui episcopatum. et quia in prelatura salus communis agitur et lucratio animarum. iuxta quod apostolus ait de seipso. Cum essem liber ex omnibus omnium me seruum feci ut plures deo lucrificarem. ut. xxv. viij. questione prima. iam nunc vnde dicit se plus ceteris laborasse. ut infra eodem titu. nisi. §. quippe. z. xxv. iij. questione. iij. quis non potest. **C** Renunciare non possunt furiosi et sui incompetens nisi habeant illud interualla in quibus renunciant re valent. ut. viij. questione prima. quis tristis et tunc renunciationis causa per superiorem inquiratur. **C** Renunciatur his que sunt iuris priuati. ut patet per iura superius allega. ut. ff. de edili. edicto. l. quare. §. si venditor. infra de priuile. si de tera z. c. accedentibus. ff. de pactis. l. pacifica. ff. de minoribus. l. iudex. ff. de feriis. l. prima. §. a qui. appel. no lic. l. j. **C** de tempo. appel. l. vltima. in si. in multis alijs iuribus que quilibet curiosos per se notare potest. sed iuri publico vel interdicto in fauore omnium non potest. ut. ff. de pact. l. ius publicum. infra de senten. c. communica. contingit. §. de foro competen. si diligenti vel aliter iuri fauorabili tunc potest renunciari. iuri vero fauorabili et odioso sicut est illud de quo loquimur diligenti. z. c. origi. no foro. illud est ius quod clericis indulget de foro et privilegio illi. decre. xvij. q. iij. si quis suadere. idu. c. si i fauore clericoz et i odiu laycoz quod opido i fessi sunt clericis. ut. ij. q. ij. laicos. Et si sit aliquid quod auxilio velleyan renunciat. ut. ff. ad vel. l. vi. **C** quā mutuo. of. fun. aut. mater. sed macedoniano

nō potest vñ et post finis datur ex eo
exceptio. ff. ad macedo. l. tamē. Et est
ratio quia velleyanum est favorabi-
le tñtum. i. in fauorem mulierum in-
ductum. Et accedo. est inductus in fa-
uorem filiorum. et in odium credit-
orum. vt. ff. de pditi. indebi. l. q. ex-
ceptum vel alias nō potest qd renūcia-
re iuri suo cum ex sua renūciatōe ēt
iuri alterius pñiudicium generetur
vñ dericus nō potest renūciare foro
quia ex hoc pñiudicaretur episcopo.
vt. xj. q. j. dericum. iij. q. vj. nō liceat. a
quo em dericus ordinem recipit tñ-
diciū recipere debet. vt. ij. q. ij. nul-
lus primas. forēse et penitēciales: vt
de pe. di. vj. placuit. j. de pe. et re. ois.
¶ Preterea si sic derici fori pñiui-
gio renūciaf possent iā der. a deyno
epatu possent sibi pñituere alius iur-
dicem in alio epatu. vt. ff. de iud. l. in
eo. modo dericus nō potest renūcia-
re pñiuiogio toti collegio in dulto de
ricali. xvij. q. iij. Si qd suadēre. nam
et si actionem iniuriarū remittere pos-
set. vt. xxiij. q. iij. et c. si illic iniuriarū ta-
mē facta ordinē abolere nō pōt. vnde
eo remittēte actionem suam cū qd ma-
nus violentas in eum iniecit temere
ex cōmunicatio durat vt in decre. cñ-
git. ¶ Quidam tamē dicūt qd dericus
et si fori pñiuiogio renūciare nō pos-
sit expresse facite tamē pōt arg. ff. de
pai. l. filius. §. veterani. C. de iura.
calum. l. ij. quod nō puto vez. Jte re-
nūciare nō pōt qd his per que deo et
hōmini obligamur vt votis pollicita-
tionibus. iuramētis. pñtentionibus et
pñmissis et p hoc matrimonio renun-
ciari nō pōt quis iuri ex gēdi debiti
renūciari possit. vt. j. de puer. iuga.
qdā in trauit. Renūciari debet ec-
clesijs bñficijs et pñbēdis apud euz
a quo hic recipiuntur. vt. j. eo. ti. admo-
net. xvij. q. ij. abbas pōt vt inde fiat
curc pñiatio vnde datur in aut. de

clerk
an
possit
renū-
ciare
pñiui-
ogio
fori

defenso. ci. §. nō habēre. alioqn si qd
in pñulto suo episcopo dimittat ecclē-
sias qd quis ecclesia absoluitur ab ipso
vt. j. eo. titu. quod in dubijs. et. vij. q. j.
eos. vt ipse eam repeteret non possit
reperi tamē pōt ipse ab ipsa ecclē-
sia. vt. nō. §. in summa de trāsla. prel.
§. vi. et hec vera sunt nisi habēs ecclē-
siam trāseat ad religionē. tñc em vs
ingressus nec reuocari pōt ab ec-
clesia vel episcopo quo in cōsulto trā-
siuit qd quis licētiā petere debuisset
valere tamē ingressus petita et nō obrē-
ta vel nulla petita: vt. j. de regula. l. b-
cet. xij. di. oue. Sed aliud est in epā.
tu quem etiam religionis cā deferēs
re nō lē et hoc id qd maior fructus in
esse creditur cure pastoralis qd vire cō-
templatiue. vt. j. eo. ti. nisi. §. vi. qd in
relligio cū ita res geritur sicut noster
iuber imperator. vt. xl. di. ante oia.
¶ Effectus renūciationis est vt re-
nūciās repeteret nō possit qd semel
renūciauit. vt. vij. q. j. qd periculosum
ff. de edi. edi. l. quare. §. si vēditionis.
C. de iureiu. l. si qd iustitiam. xxiij.
q. iij. si illic ff. de successio. edi. l. j. §. qd
semel. xvij. q. ij. pñaldus. xvij. q. vlti.
dudum. xxi. q. ij. si qd iam trāslatus.
xij. si qd episcopus vacās. vij. q. j. hoc
nequa. vt. j. co. ti. post trāslationes
C. de pdi. inser. l. cum qdam. j. de cau.
pos. et pñprie. pastorales in aut. de re-
stibus. §. qd vero multi. Renūciare
nō cōpellitur qd inuitus. vt. vij. qd. l.
qd quis debet igit renūciatio esse volū-
taria nō extorta: vt. j. qd me. cā. ad au-
diētiā. absoluta. oīno em qd renū-
ciare debet rei spūali: vt. j. de offi. de
leg. ex pre. j. de symo. ex insinuatōe qd
nec dari vel renūtiari vel renūciari de-
bet aliqd spūali pacto vel condit-
ione intruenire. vt. j. qd. j. pñpio. in
fi. qd enim cōmittit intelligitur dare
vt. vij. q. j. talia. j. de testibus venēs
ff. de calumnia. l. qn etia. §. qd in fra-

Renū-
ciatio
nia et
fecit

credi. l. in fraudē lē sit ar. otra. ff. eo.
titu. l. si pignus. C. ad vel. l. etia. ¶ Et
pone qd renūciatur simpliciter abso-
lute sine pacto et sine pñditione verum
tamē hoc renūciāns gerit in mēte vt
ex renūciatione rei spūalis aliqd
sibi temporale accedat apud distri-
ctum iudicē qui scrutator est cordiū
et cognitor secretorum culpabilis iur-
dicatur. vt. j. de symo. tua i. si. sola effi-
voluntas symoniaciū facit. vt. j. q. j. qd
studet. sicut et spes sola facit vlturū
vt. j. de vltur. c. pñultu. xij. q. iij. c. j. vo-
luntas em et pñpositum distinguunt
maleficia. vt. j. de sen. ex. cum volūta-
te. ff. ad le. cornel. de fidei. l. diuus. Et
aliud est in phibitis quia symonia-
ca et aliud in symoniācis quia phibi-
bita. quedā em phibentur hodie qd
et olim in vere. testa. symoniāca erāt
vt vendere spūalia. in his studiosa
voluntas inducit symoniam. quedā
vero hodie symoniāca iudicantur qd
fieri phibent que tamen in veteri te-
stamento nec symoniāca nec phibita
inueniuntur vt vēdere castaldionatus
et aduocatum vt. j. q. j. si quis episcopus
pus. dare pastum vel pastilū in rece-
ptione canonica. vt. j. de symo. ja. In
his et pñsimilibus nō committitur sy-
monia sola voluntate. Et est sciendū
qd symonia mēralis sola penitentia
abolitur. vt. j. de symo. c. vlti. ¶ Item
notandū est qd epōrum cessio in scri-
ptis est faciēda. vt. vij. q. j. §. ecce. et
c. qualiter. et c. quis triste. ¶ Restat
videre an renūciāns valeat penire
re. Et est sciendū qd si quis renun-
ciare intendēs vocet superiorem lit-
teris sue nuncio vt veniat recipere
cessiones eius si antequam superior
veniat ille peniteat reuocatio nō no-
cet. vt. j. eodem titulo. lecre. sicut non
nocet vocatio patroni in ius sine ve-
nia edicti. vt. ff. de in ius vo. l. quāuis
et tunc est penitentie locus. vt. ij. q.

vj. si quis libellos. ff. de pdi. cā. dā. l. si
pecuniam. ij. questio. iij. si quis irat.
infra de appe. directe. ff. de interrogā.
acti. l. de etate. §. cessus. et hoc verum
est nisi penitentia esset alteri capto-
sa. vt. ff. de regu. iur. l. nemo. vt si res
integra non est vt in fñ. mandari. §.
recte. §. de elec. in causis. ff. de cessio.
bo. l. is qui bonis. C. qui bo. ce. pos. l.
ij. puta si a superiore petita est cedēs
di licētia et admīssa. infra eodem ti-
tulo. quidam. Et sunt due rationes
quare tunc non est penitentie locus.
Una ne superior videatur illud qui
cessionem admisit. vt supra de postu-
la. bone memo. in secundo. in ver. si
em. Alia quia pñsumptio iuris est qd
is qui credit vtilitate ecclēse respici-
atur in cedendo dum se insufficientē
recognoscit. vt. j. eodem titulo. c. vlti.
vel propiam salutem attendit dum
consentiam criminis habet. vt. xij.
distin. nerui. et infra eodem. c. nisi. j.
Rñ. infra de symo. ex insinuatione.
aliud tamen est in cessione bonorum
secūdum leges. Nam post cessiones
rebus tamen integris manentib⁹ lo-
cus est penitentie. vt. ff. de cessio. l. is
qui. Sed ibi cessant rationes superi⁹
assignate. ¶ In summa notandum
¶ qd renūciari non potest rei quam
quis sibi competere ignorat. vt. ff. de
inoffi. testa. l. mater. decedens. ff. de
acqui. here. l. is qui. §. si quis dubitet
et l. is qui putat. et ar. ff. quibus ad li-
ber. pñla. non licet. l. penul. §. nemini
¶ Item renūciari rei non potest que
non habetur nec haberi potest. vt. ff.
de reg. iur. l. eius. et l. qui potest. ff. de
acqui. et om. here. l. nolle. et l. is qui he-
res. j. Rñ. et l. is qd pōt. ff. de suc. edic.
l. j. §. de ceteris. et ar. ff. qd metus cā. l.
Sed et parus. §. iulianus in si pacto
autem remitti non potest quod non
dum comperit. vt. ff. de pac. l. pactum
repudiari non potest nisi interuentu
c. iij.

enctoritatis iudicialis. vt. ff. de cura.
bo. da. l. prima.

De supplenda negligentia
prelatorum. Rubrica.



Ictum est su

pra de modis p quos
assumuntur plati ad di
gnitates et prelaturas
Sed quia in platuris
per functione et aduisione res agitur
vt. l. distin. ante oia. et quod negligi
supplendi est. quod autem omittitur
oblaturandum. ideo hoc subiicitur
rubrica de sup. nego. prela. **U**idea
mus igitur quid sit negligentia. qua
liter puniatur. per que suppleri pos
sit quod omittitur. et an mora purge
tur. **N**egligentia est eius qd se
ri debet et potest omisso. **P**unitur
autem negligentia quia potestas ex
quendi qd negligenter omittit trans
fertur ad aliu. vt. j. co. ti. licet. et c. lras
s. de elec. ne p defectu. j. de cōces. pre.
nulla. et c. postulasti. aliquando in cō
fusionem negligentis benedicere nō
benedictus p benedicto habetur ira
vt liceat abbati nō benedicto aliqū
benedicere. vt. j. codē titu. c. j. nec ob.
lxx. distin. quoniā. vbi dicit qd ira de
mum licet abbati manum impone
re si eidē minus impositio facta fue
rit ab epō fm morem precificandus
abbatum nam illud intelligo de ma
nu ordinatoria modo non ordinatus
non imponere potest vt ibi. munus
autem benedictionis quod pro pro
fessis impenditur licet ei prestare vt
hic quod in fauorem religiōis est in
uentum sicut et illud vt non baptiza
tus baptizet. vt. xxxij. distin. §. verum
Negligentia prelatorum diuersi
mode punitur in iure secundum di
uersitatem et qualitatem eorum que

Negli
gentia
punitur
aut.

negliguntur. vnde aliquando inue
nio leuem penam imponi pro negle
ctu. scz excommunicationem duorum
mensium. vt. j. q. j. quicquid. aliquan
do grauem. scilicet penam depositio
nis. vt. lxxij. distin. dictum. lxxvj. di
stin. c. j. ix. questio. iij. placuit. c. di. quo
nam. supra de trans. prela. inter cor
poralia. j. de statu. mo. c. ij. §. qui vero
peculii. c. de offi. pfect. on. l. si quos
ff. de custo. et expi. re. l. carceri. et l. mi
lites. Sed distinguere potest inter mo
dicam negligentiam et magnam vt
iura posteriora locum habeant in ne
gligentia magna que culpam sapit.
vt. ff. de verb. significa. l. magis pū
ra vero in modica. vel vici possit qd in
raposteriora locum habeant cuius qd
monitus adhuc negligit vt monitio
negligentiam aggrauet et penā gra
uiorem inducat. vt. j. de cle. ex. vel de
po. minis. c. ij. de senten. excom. inti.
mauit. et c. contingit. xij. questio. ij. in
digne. xj. q. j. penitus. ij. questio. vij.
qui nos tangit. j. de deri. non res. ex
tue. **S**uppletur aliquando negli
gentia maioris per minorem. vt. j. de
concel. pre. nulla. et c. postulasti. ix. q.
ij. Cum simus. lxxij. distin. volumus
Aliquando minoris per maiorem. vt
j. de concel. pre. dilectus. s. de elec. ne
pro defectu. et j. eodem titu. c. ij. et c. li
cet. et c. ultimo. **P**urgatur negligē
tia siue mora et in quibusdam. scilz vt
fieri possit post tempus quod in tem
pore faciendum est. in quibusdam ve
ro non purgatur. nam tollitur pote
stas faciendi post tempus purgatur
in canone per bienniu non solato. ff.
de loca. et cōduc. potuit. et c. ppter ste
rilitatem. purgatur in restituendo
ecclesie rem alienatam. vt. j. de re. ec.
non alienan. si quis piebbyterorum.
Item purgatur in iudicijs vsq ad lit.
conesta. vbi ante nō interest aduer
sarij. vt. ff. si qd cau. l. et si post tres. C.

de fideiul. l. sancimus. j. de o. ff. de le.
consuluit. Non purgatur in penalib
obligationibus in quibus mora com
mittitur per diei transusiones. vt. ff.
de verb. obli. l. si fundū. et l. ad die. C.
de cōtrahen. et cō. sti. l. magnā. C. de iu
re cūphi. l. ij. ff. loca. et condu. l. quero
§. inter. Item non purgatur mora li
berti qui scripturā sue libertatis infra
annum ordinationis noui pontificis
manifestare cōtempserit. vt. xij. q. ij.
longinquitatem. nō purgatur in col
latione beneficiorum. nam si infra tē
pus a iure statutum beneficia nō cō
ferantur ab illo ad quem collatio spe
ctat postea non conferuntur ab eo. sed
transit potestas conferendi ad aliu
vt probatur hic. j. eo. ti. licet. Nec ob.
j. co. ti. litteras. vbi videt qd mora pur
gatur. qd ibi approbatur collatio fas
cia post tempus ab illo qui conferre
neglexerat infra tempus. sed certe
ibi non approbatur sed de patētia
tolleratur. Prelati igitur caute inui
gilent vt circa executiones suorum be
neficiorum et officiorum diligentes
existentes nec credant sibi lectiones
et orationem sufficere sed ad opera
charitatis man² extendant vt. lxxvj.
di. fratrem nostrum.

De temporibus ordinationum et
qualitate ordinandorum. Rubrica.



Ictum est su

pra de promotione p
latorum. nunc tracte
mus de ordinatione
clericorum. et quia or
dinationes clericorum fieri debent
certis temporibus et cum scrutinio
ordinandorum. ideo subiicitur hec
rubrica de temporibus ordi. et qua
li. ordi. **U**ideamus ergo quibus tē

poribus ordinationes fieri possunt.
et per quos qualis examinatio ha
benda sit ordinandorum. et per quos
Item quot ordines simul et eidem cō
ferri possunt. Item quid iuris sit si qd
sine examinatione ordinatus sit vel
si in scrutinio supprimat impedimen
tum. **S**acri ordines et conferri pos
sunt et debent in quatuor temporib
bus. in sabbato sancto. et in sabbato
ante dominicā de passione. hoc tas
men fallit in summo Pontifice qd sub
dyaconatum conferre potest quolibet
die dominico. vt. j. eo. titu. de eo.
et c. j. Ad minores autem ordines li
citur est cuilibet episcopo dieb² dos
minicis vni aut duos vel plures dū
modo non videatur generalem ordi
nationem facere promouere. vt in pe
cre. de eo. In sabbato autem penthe
non licet sacros ordines conferre. s
in septimana sequenti. vt. j. codē. c. j.
nam in illa quatuor tempora cele
brantur. vt. lxxvj. distin. de ieiunio. et
c. si autem. **C**onsecratio et virginū
fieri potest in die epyphanie. in al
bis paschalibus. idest in tota septima
na paschali. In apostolorum natali
bus nisi virgines magno laquoze de
tente alijs petant temporibus conse
crari nam tunc et illis et alijs tempori
bus possunt consecrari. sicut de bas
pismo dicitur qd fieri debet i sabbat
o magno et in sabbato pentheco. s
in necessitate quolibet tempore bas
pizari potest et debet vt probat hec
et. q. j. deuotis. de con. di. iij. venera
bilis. et c. baptizandi. **S**ed certe
quod dicitur quodlibet tempore
posse sacrum velamen imponi exem
pligratia dictum est. nam et alijs pre
cipuis et magnis festiuitatibus fie
ri potest. quia et diebus dominicis.
vt infra eodem titulo. ca. j. §. Quidas
autem nullus pontificum velare plu
mat vt in predicto. c. deuotis in fi. sed

2
Cōse
cratio
virgi
nū qd
fieri
possit

ipseniet velum suscipiant de altari.
 vt. xxvij. q. j. viduas que. et capinbus
 suis imponant. i. velum professionis
 vt. xxvij. q. j. vidua quedā. nec obstat
 infra de his. que vi. me. ve. causa fin.
 perlatum. ibi em̄ episcopus non im-
 posuit velum consecrationis illi. cor-
 rupte sed imponere simulauit. vclē
 autem religiosam recipiat a sacerdo-
 te vidua vel ministro. vt. xx. questio. j.
 vidua. et sic intelligi. j. qui de. vel vo.
 consulit. quod em̄ dicitur de manu
 presbyteri velum assumpsit subau-
 dio religiosi. quod a presbyteris po-
 test assumi vt dictum est. quod ex eo
 apparet quia in illa decretali dicitur
 q̄ illa corrupta professio non fuit. bre-
 uiter igitur specia recolligo. i. Uelum
 consecrationis solēniter imponitur
 a solo episcopo. non ab inferiore. soli
 virgini non corrupte. solemnib⁹ die-
 bus vt dictum est non priuatis. velus
 autem non dico consecrationis sed
 professionis quia corrupta non con-
 secratur quolibet tempore corrupta
 de altari suscipit et sibi imponit. Sed
 vestem religionis virgo vel corrupta
 a sacerdote suscipit quandocūq̄.
 Et quia incipit materia de velis et de
 his varie iura loquuntur. ¶ Scien-
 dum est i. quadruplex esse velum p̄-
 fessionis prelationis consecrationis
 et ordinationis. Uelum professionis
 suscipitur a virgine vel corrupta cu-
 p̄ntes suscipiat de altari vel de manu
 alicuius non multum refert. Sed re-
 cipitur in. xij. anno ad minus. vt. xx. q.
 j. c. j. et q. ij. puella velum consecratio-
 nis imponitur in. xvj. anno. vt. xx. q.
 j. placuit. lxxvij. disti. placuit. velum
 ordinationis est quod olim dabatur
 dyaconis in. xl. anno. vt. xx. q. j. sanz
 criminales. xxvij. q. j. dyaconissam.
 i. Uelum prelationis olim dabatur ab
 barillis in. lx. anno. vt. xx. q. j. iuuen-
 las. Et quod vix ceteris temporibus

facros ordines conferre debere sic in-
 telligendum est vt tempus nō sit de
 substantia ordinum. nam et alijs tē-
 poribus sacro ordine collato caracter
 infigitur. vt. i. eodem titulo. c. ij. et. c.
 consultationem sicut et certa etas or-
 dinandorum requiritur in. quolibet
 sacro ordine. vt. lxxvij. distinctio. plas-
 cuit. episcopus. in veteri. tamen etas
 non est substantia ordinis. quia et in
 minori etate sacro ordine collato ca-
 racter infigitur quibus ordinantes a
 collatione ordinati ab executione or-
 dinum suspendantur. vt. j. eodem titu-
 lo. vel non est compos. ¶ Ordines
 conferre possunt episcopi dyocesa-
 ni suis clericis. Alij autem episcopi de
 vicis alienis dyocesis. ordines con-
 ferre non possunt nisi fuerint mutari.
 ut ad alienas dyocesis accedentes or-
 dinationes celebrent. vt. ix. questio.
 ij. per totum. vel nisi rogati fuerint p̄
 litteras commendaticias vt in suis
 dyocesis. clericos ordinent alienos.
 vt. lxxij. et ij. distinctio. per totum. In
 hoc tamen non sufficiunt littere ar-
 chidiaconi. vt. j. de offi. archidiaconi. si-
 gnificasti. Si tamen aliquis ordinet
 clericum alienum sine litteris com-
 mendaticijs vel formatis et episcopo
 eius qui ordinatur ratam habeat or-
 dinationem dummodo aliter cano-
 nice et sine prauitate aliqua quis fue-
 rit ordinatus recipi potest ex indul-
 gentia ad ordinis executionem. vt. ix.
 q. ij. lugdunensis. ¶ Ordines con-
 ferre possunt illi episcopi qui vltimam
 manus impositionem. idest ordines
 episcopales in ecclesia hoc est non in
 heresi vel in scismate receperunt. Alio-
 quin si qui in heresi vel in scismate cō-
 stituti in episcopos fuerint ordinari
 dixerunt antiqui doctores q̄ nihil re-
 ciipiunt per talem ordinationem. et
 ideo ordines conferunt sumentes fo-
 mentum sui erroris ex illis canonis

7
 Ordines
 necesse
 ferre
 q̄ possunt

bus. fr. q. ij. c. ij. et. iij. et in subsidium al-
 gantes. j. q. vij. daybertum. xix. disti.
 propter. j. q. j. si quis confugerit. et. c.
 si quis inquit. infra de scisma. c. j. S̄
 hec opinio reprobat. j. q. vij. conue-
 nientius. Dicas ergo q̄ siue quis re-
 ceperit vltimam manus imposi-
 tionem. in ecclesia et postmodum lap-
 sus sit in heresim vel in scisma siue
 in scismate vel heresi fuerit ordina-
 tus et in ea persistat. dūmodo in for-
 ma ecclesie fuerit ordinatus ordina-
 ri ab eo et in forma ecclesie characterē
 recipiunt et ordinem. sed non ordinis
 executionem siue scienter siue igno-
 ranter a tali fuerint ordinati. ¶ S̄
 in hoc differentiam notabis inter or-
 dinatos ab eo qui recipit vltimā ma-
 nus impositionem in ecclesia. et eos
 qui ordinantur ab illo qui extra ec-
 clesiam suscepit. quia facilius tolle-
 rantur primi in executione quam se-
 cundi. nam primi siue scienter siue
 ignoranter a tali ordinati fuerint tol-
 lerant si alias digni sunt. nisi in quat-
 tuor casibus scilicet si fuerint itera-
 ra vincti de maculari. vt. j. questio. vij.
 saluberrimum. idest si se fecerint in
 eodem ordine iterum ordinari. Si sy-
 moniace vel a tali symoniaci in ordi-
 ne se fecerint promoueri. vt. ix. q. j. ab
 excommunicatis. Item si vnicui hoc est
 singularis lauacri. idest baptismi
 iacturam fecerint. idest si se fecerint
 iterum baptizari. vt de con. disti. iij.
 eos. et c. qui bis. Item si ad subuersio-
 nem fidei adheferint. hereticis et in
 contemptum ecclesie se ab eis ordi-
 nari fecerint. vt. j. questio. vij. conue-
 nientibus. Unde versus. Siue bis or-
 do datur seu baptismus repetatur.
 Siue vt euertatur fidei status ordo
 peratur. Vel si presterur vt vtrumq̄
 symon operetur. Ut dispescitur spes
 irrita prioris habetur. Secūdi si scie-
 er a tali fuerint ordinati nunquam

rollerantur. si ignoranter et hoc pro-
 bauerint puta q̄ pueri erāt p̄ntes vel
 absentes quando ordinato: ipsos
 fuerat prescius. vel forte fuerat i. au-
 ria Romana prescius rediens men-
 titus est se absolutum. vt. j. de spon-
 cum in apostolica. vt. vij. questio. j. or-
 dinationes. hanc totam distinctionē
 nem intellige in prelo per senten-
 tiam ab ecclesia prescio. ¶ Hec igitur
 fit fides tua i. q̄ heretici excommu-
 nicari. symoniaci in ordine. scismatici
 depositi. suspensi vel interdicti vera
 conferunt sacramenta et verum cor-
 pus christi conficiunt. dūmodo in for-
 ma ecclesie gerant. vt. xix. disti. secun-
 dum. j. q. j. dominus declarauit. et. ca.
 q̄ quidam. de cō. di. iij. ostenditur. et
 c. quomodo. Eterum si in his forma
 ecclesie nō seruetur nihil agitur quia
 extra ecclesiam. idest formaz ecclesie
 nō est locus veri sacrificij. vt. j. q. j. ex-
 tra catholicam et tales ordinationes
 irritae fore dicuntur. vt. j. de scisma. c.
 j. S̄ si in forma ecclesie fiat rate sunt
 quo ad characterem irritae quo ad exe-
 cutionem. vt. j. q. j. Si quia symonia-
 cis. et sic etiam intelligi potest super
 or. decre. ¶ S̄ quid i. si sciam episcopo
 pum meum hereticum vel scismaticum
 occultum per sententiā nō presci-
 sum. et compellit me ad ordines. nun-
 quid permittam me ordinari ab eo.
 Respondeo nō sed potius permittam
 me excommunicari. vt. j. de sen. ex. in d̄
 sitioni. tales em̄ cōferre non possunt
 executiones ordinis quā nō habet. vt
 j. q. vij. daybertum. et p̄ non dato ha-
 betur qd datur ab eo q̄ dādi potesta-
 tem nō habet. vt. j. de iure patro. qd
 autē in si. sicut pro nō facto habet qd
 fit ab eo qui faciēdi potestatem non
 habet. vt ar. ff. de penis. l. ij. §. vlti. C.
 qui p̄ sua iuris. l. j. C. si ante ppe. iudi.
 per totus. et idem dico in prelo quē
 scio suspensum vel interdictum. Sed

8
 Sa-
 cra-
 mēta
 q̄ possunt
 fieri cō-
 ferre.

5
 Uelū
 datur
 plex.

6

oppones nā fm hoc idem videt dicē
dum in prelato quem scio in peccato
moraliter constitutum. nam et ille suspen
sus est et peccat mortaliter celebrādo
vnde videtur qd nō habeat ordinum
executionē. Ad qd respondeo verum
est qd prelatus in moraliter constitutus
suspensus est quo ad se. non quo ad
alios. vt in. q. i. sacerdos nā ois pctor
missam celebrare potest ppter symo
niacum. vt. j. de symonia. tanta quod
intelligo de officij potestate non de
merito vite saluē alijs expositioni
bus huius verbi quas facimus deo
dante. j. de symo. et hoc intelligo de p
lato peccatore tolerato non presciso
alias secus. Item hoc intelligo in pre
lato constituto in moraliter peccato nō
enormi sed mediocri. nō tamen nora
rio de iure vel de facto. nam enormia
occulta etiam post pactum penitentiā
et mediocria notoria impediunt ex
ecutionē quo ad se. et qd ad alios. vt. s.
de renuncia. nisi cum pudent. et. j. co.
titu. c. vltimo. ¶ Quid si sciam episco
pum meum et notorium fornicatorem
vel occultum symoniacum in ordine
nunquid recipias ordinē a tali. l. hug.
dicit qd sic qd diu toleratur ar. xxvii.
distin. cōsulendus. xv. q. vlti. c. vltimo.
Sed eius sententiam nō amplector.
nam et isti sunt suspensi quo ad se. et
quo ad alios. vt. xxvii. distin. nullus pre
ter hūc. et. s. verum. et maxime symo
niacus in ordine viciosum habet ca
racterem. vt. j. q. i. reperitur. et. c. q.
busdam narratibus. a quo nullo mo
do debeo ordinari. vt. j. q. i. Si quis
symoniacus. j. de symonia. per tuas
hug. tamē intelligebat illud. c. si qui
in presens. vel cum probare possum
eum symoniacum quod non placet.
¶ Sed si quid ignorez episcopū meū
fore symoniacum cum sit in veritate
et ab eo ordiner. Respondeo non reci
pio executionem et indigeo dispensa
tione. et hoc in detestationem criminis.

nis. vt. j. q. i. si qui a symoniaci. et li
cet ita dicam in ignorante. aliud ta
men dico in coacto qui recipit execu
tionem. vt. j. q. i. Constat. et est ratio
quia magis constat de voluntate co
acti quā ignorantis. vt. j. de symo. sicut
tuis. hoc tamē intelligas de coacto
conditionaliter. nam absolute coact
non reciperet caracterem. vt. j. de ba
ptismo et eius effect. maioris. j. de his
que vi me. Sacris. l. di. presbyteros.
¶ Sed quid si sciam vel credam epi
scopum meum symoniacum non suo
ordine sed in collatione ordinum seu
beneficiorum. Respondeo laborabo
posse meo acquirere licentiā ab ipso
vt liceat ab alio ordinari. quam si nō
dederit sed me ad ordines compels
lat. secure ordinabor ab eo quādiu to
leratus fuerit non presciscus et crimē
fuerit occultum vt dictus est. Nec ob
stat si conscientia mihi repugnat. qd
erronea est. vt. xii. distin. nerui. x. q.
ii. cui est illata. licet sit ar. contra. ff.
de liberali causa. l. i. gatur. s. j. nec ob.
auctoritas illa. Omne quod fit con
tra conscientiam edificat ad gehē
nam. vt. xxvii. q. j. s. ex his. Nam illud
sic debet intelligi omne illud quod fit
contra conscientiam informam et
precepto vel prohibitionē. vel qd fit
contra conscientiam non erroneam
vt dictum est. Sed videtur manife
ste ob stare. j. de symo. per tuas in se
cunda per tuas. Ad quam sic Respō
deo monachus ille nō cogebatur ad
ordines assumēdos sed querebat an
ab ipso quem talem esse sciebat ordi
nes assumere deber. vñ papa in sua
responsione magis considerauit factū
scz difficultatem ortam in conscien
tia monachi et errorem impressum
quāsi pro modico habuit papa
monachum illum non promoueri ad
ordines superiores eo quod non in
sublimitate graduum sed in ampli
tudine charitatis acquiritur regnu

Offe
qd fit
con
scien
tiam
edifi
cat ad
gehē
nā et
quod
intelli
gitur.

13
Obs
nada
i qua
litare
ordi
nando
rum

vel. vt. j. co. tit. Ad aures. Sed qd non
gradus elegantior sed vite melioris
actio comprobatur. vt. xxii. qd. iiii. si
cur excellētijs. ¶ Num nō omitto qd
si mala audias de prelato tuo nō sta
tim credere debes. vt. xxii. distin. ha
buisse. lxxv. di. si qui vero. xv. q. vii.
si qd igitur. nec essi debes esse multū
credulus. vt. ff. qd cum falso ru. l. j. i. si.
ff. de eo per quē fac. erit. l. j. s. j. tar
gu. j. de in integ. rest. ex litteris. Sed
si forte videbitur alicui qd mihi ipso
sim contrarius. nam supra eodem. s.
quid si sciam notari. qd si sciam epm
meum in enormi crimine constitutum
non permittam me ordinari ab ipso
et alibi notari symoniam in benefi
cijs iter enormia computari. j. de ac
cu. et inquisi. inquisitionis. Ad quod
Respondeo symonia est enorme pec
catum respectu eius qui per symo
niam beneficium acquisiuit. qui pe
nitentiā agere nō potest beneficium re
tēro. Vel dicitur enorme id est indispe
sabile qd dispensari nō potest cum sy
niaco nisi beneficio resignato sicut i sy
moniaci in ordine contingit. vt in co
dem decre. dicit. et. xii. di. nerui. testi
culorum. ¶ In qualitate ordinādo
rum regulas apostolicas considera
ri oportet apostolus em sic ait ad ty
rum. Oportet epm irreprehensibile
esse vnius uxoris virum. sobrium. pū
dentem. pudicum. ornatum. hospita
lem. doctorem. non violentum. non
peruolentem. sed modestum. non liti
giosum. non cupidum. sue domui de
ne dispositum. Et hec omnia in his
verbis continentur. Primum pre
cipitur quod sit sine crimine presul.
¶ Donogamus. sobrium. prudens. or
natus et hospes. Castus decens nō per
cussor non litigiosus. non cupidus.
bene dispositus non neophytusue.
¶ Alis apostolica quod presul regula
iussit. Et licet apostolus has regulas

in episcopo posuisset. extenditur ta
men per Augustinum et Ambrosium
ad alios clericos ordinādos. vt lxxv
distinctione apostolus. xxvii. distin
ctione cognoscamus. et quāuis in his
regulis plurima possent dici nos ta
men aliqua summarie in singulis p
sequamur ¶ Circa primam regulā
secundum antiquos tres erant opi
niones. l. hugol. cum suo rigore dice
bat quod qui semel peccat mortalit
ter post baptismum amplius nō po
test promoueri vel aliquos actus le
gitimos exercere. vt. xxv. distinc
tione. primum. xlvii. distinc
tione. quoniam prima. q. vii. si quis omnem. l. distin
ctione illud. vi. questione. j. qui cris
men. vii. questione. j. in scripturis.
in fine. et. Mar. inducebat legem. ff.
de edil. edict. quid sit fugitiuus. Res
pon. j. nam fugitiuus est seruus qui
ea mente fugit vt ad dominum non
recedeat. quāuis postea mutato consi
lio reuertatur. Nec fur purgariuius
furti si rem restituat. vt. ff. de furtis.
l. qui ea mente. nec raptor vitium ra
pine. v. ff. vi bo. rap. l. vitima.
¶ Alij dicunt qd post quolibet mor
tale penitentia acta quilibet potest
promoueri. nisi sit crimē enorme. vt
lxxv. distinctione. apostolus. et est ar
gumentum ad hoc. l. distinctione.
ferrum. ff. de edil. edict. l. quod ita ser
uatum est. quia defectus nostri rem
poris et. vt. xxvii. distin. fraternitas.
¶ Tertij dicunt quod quantum
cūq; sit graue delictum dummodo sic
occultum post penitentiam pactam
non impedit promouendum. vt. l. di
stinctione de his. Iste opinionēs tol
luntur vñca decre. vt. j. eodem titu
lo. c. vltimo. Nam enorme delictum
quantūcūq; occultum etiam post
peractam penitentiam promoueri
non sinit. et impedit executionem or
dinum susceptorum. mediocri nō nō

torum. de iure vel de facto post peccatam penitentiam et promereri per mittit non impedit i susceptis. sed ante penitentiam damnablem. in susceptis ordinibus ministratur leue delictum siue occultum siue manifestum nec promereri deicit nec impedit promouendum. Sed i his op^o est exemplis. Enormia delicta que hoc operatur vt superius dictum est sunt tria homicidium. vt. l. d. i. distincti. miros. j. q. vii. si quis omnem. de cons. di. j. c. j. et heresis in qua post vulnus sanatum remanet cecatrix. vt. j. q. j. ventum. et symonia in ordine. vt. j. de accu. inquis. Et est ratio i homicidio horro^r sanguinis. in heresi immunitas criminis. i ordine vitium et infectio ordinis. Sed hoc idem operantur mediocria. Sed notoria de iure de facto. vt. fra eodem tituli. c. ultimo dicuntur t quedam alia enor^mia non hoc respectu sed alio. scilicet quia indispensabilia. symonia in beneficio. vt. j. q. j. Egra. et questione vlti. patet. dispensatur tamen cum symoniaci symoniace promeritis. vt. j. de symo. de. regularib⁹ t. c. ex i si nuntione. supra de elec. Si alicuius. j. q. v. presentium. nec obstat. j. de symoni. nobis nam illa alio modo q^o lego littera sonat vt ibi notauit. Item si de excommunicatus i contemptus clauium celebrauit. vt. j. q. iij. si episcop⁹. Item omne delictum q^o ipso facto inducit i famiam civilem. vt. iij. q. vi. \$ porro. Item infamia descendens ex delicto declarato per sententiam. ij. q. iij. \$ hinc colligitur. Et donogamus debet esse ordinandus i de symoniis vxoris vir. vt. xvj. distinctione. ca. j. quod negatue oportet itelligi. idest non plurium fiat t alias econuerso exponimus in ore duorum vel trium stat omne verbum. idest non paucorum. j. de testibus in nomine domi

ni. t similis expositio. x. q. iij. castella. xxx. q. iij. equaliter. t. ff. de legatis. ij. l. cum pater. \$ rogo. in casu tamen necessitatis bigamiam promouetur vsq^{ue} ad subdiaconatum. hoc tamen itelliges. vt nota. \$ de rescrip. \$ si contra ius. Assignantur autem quattuor rationes quare bigam⁹ promoueri nō possit. vna propter defectum sacramenti quia non est in xpo sacramentum vnitatis quia diuisit carnem suam in plures. xxy. distine. acutius. Item propter prerogatiuam ordinum. vt. xxy. distine. vna. Item propter signum incontinentie. presumitur enim incontinentis qui vxore mortua transsit ad alteram. vt. lxx. distinctione proposuisti. Item ex eo q^o non habet frontem hortandi viduitates qui frequentator est coniugiorum. vt. c. vna plenius dicemus. j. de hac materia de biga. Et sobrius debet esse ordinandus in potu cibo et crapula et ebrietate maxime clerici abstinere debent. vt. j. de vitat honestate clericozum. Et crapula. Et hoc propter quod quia ebrietas cor aggrauat et sensus clerici semper vigere debent et tenuis esse. vt. xxy. di. in principio. Item quia luxuriosa res est vinum et contumeliosa ebrietas vt eadem distinctione luxuriosa. Item furiosa. vt in. c. venter mero estutuas facile despumatur in libidinem. vbi ebrietas ibi libido dominatur t furo^r. Item irrisoria exposita. vt in. c. vi. in verbo lesa. lesa pietas dum irridetur ebrietas. t generaliter quia omnium viciozum fomes est nutrit. vt. c. ante omnia. xxy. distinctione vlti. re igitur clerice modico vino propter stomachum. uam et frequenti potatione sequitur ebrietas. vt. j. de iur. et christus. Et nota t ebrietas dicitur tribus modis. Uno modo dicitur ebrietas pena et obliuio mien

net & in sua ecclesia si hoc fieri potest alioq̄n in quacūq; extra vibem. vt in. c. in noie domini. C̄ De forma iordanū seu cōsecrandi ep̄os legitur. xxy. di. ep̄s. lxx. di. c. j. de sacram. cum venissent. De forma ordinandi alios clericos legitur. xxy. di. p̄sbyter cū reliq; c. vsq; ad. c. psalmista. C̄ Et est sciendū q̄ si extra formam ecclesie ordinetur nihil agitur. argu. xij. q. ij. sine exceptiōe. xxy. q. v. aliter debet cō. di. iij. reuera. lxxij. dist. cō. ep̄iscopū. quod intelligo cum omittitur aliqd̄ qd̄ est de substantia argu. j. de statu mona. cum ad monasteriū in fi. j. de cōdi. appo. c. vlt. xxy. q. ij. solet queri. substantia enim mutari non possunt insit. de heredi. que ab intesta. de se. §. minus. ff. de capi. m̄. nu. l. eas obligationes. si ergo vnum de substantiis omittat non valet qd̄ agitur. ar. xxy. di. q̄ ipsi & idē dico si diuidat si vnus ep̄s manū imponat & alius ep̄s vel simplex p̄sbyter benedictionem infundat. vt. xxy. di. quonidam. Nā sacramēta ecclesiastica vnitatis sunt & diuidi nō debēt vt de con. di. ij. q̄ passus. xxy. q. j. q̄ loquit. Sed hys obstat videt qd̄ in eodem decreto quonidam d̄ gradū sacerdotij. vel leuitici ordinis quē p̄uerse adepti sunt admittat factus respiciat & nō ius & quatenus de sc̄do adepti sunt eatenus de facto amittant. Quē autē sint de substantia ordinum dubitatur credimus tñ libez q̄ ponitur sup̄ ceruicē cōsecrandi. vt xxy. di. ep̄s. fore de substantia. J̄tez nūmerū cōsecratiū. nam metropolitani n̄i cū duobus ep̄is ad minus cōsecrabit. vt. s. de tēpo. or. nec ep̄i. j. de sacra. vnc. c. j. in prin. vel tres ep̄i. vt. lxx. di. cōprouiciales. lxx. di. porro. J̄tez q̄ vnus ordinatōe totā pficiat. nāz si vnus partem ordinationis faciat. & alius aliam partem nihil agitur si

cur & si vnus baptizandum imergat & alter p̄ferat verba vel si vnus p̄ferat partem illoz verborum. Ego te baptizo. & c. & alius aliam partē. sicur & ēr nihil agitur cū verba canonis diuiduntur. nō sic in his quē canonem misse p̄cedunt vel sequuntur quē diuidi possunt & p̄ plures expleri. vt. vij. q. j. nihil. & qd̄ si duo ep̄i simul ordinant ita vt vterq; manū imponat vterq; oia verba p̄ferat. putō ordinē cū dē cōferri simul & ab vtroq; & eo modo dico cōferri baptismū cum duo simul imergunt. & simul p̄ferunt verba. sic dico eandem s̄ntiam simul & a pluribus ferri cū plures iudices vel arbitri simul p̄nunciant. vt. ff. de arb. bi. l. J̄tem si vnus. §. J̄tem si plures. Unctionem asit nō putamus esse de substantia. & ideo omīssa suppleet. vt. j. de sac. vnc. c. j. in prin. J̄tem impositiō nē manus vel si q̄s p̄o crismate oleo fuerit delinitus. j. de sac. nō ite. c. j. q̄dam tamē d̄ferit q̄ in ordinatione necessaria nō est manus impositiō cū tactu corporali. sed sufficit sola manus extensio. arg. ad hoc. ff. de acqui. pos. l. q̄ mō. sed hoc nō placet. vt. j. de sacra. non iteran. c. vlt. J̄tem tēpus ordinatiōis & etas ordinādi nō sunt de substantia. vt. not. s. de tēpo. or. §. j. in fi. J̄tem q̄ q̄s ordinatur a suo ep̄o non est de substantia. it. q. ij. lugdunē. q̄ a latino non a greco ordinē latini. vt. s. de tempo. ord. cum s̄m. & c. q̄ translationem. J̄tez q̄ quis ad singulos ordines & per debitas intersticias temporū ordinetur. vt. s. de tempo. or. l. iteras. J̄tem dubitatur an ieiunium ordinatis & ordinanti sit de substantia videtur q̄ sic. vt. lxx. disti. quod a patribus. & idem videtur in alijs sacramentis vt non cōferantur non ieiunantibus a p̄anis. vt. lxx. vij. dist. reliqui. de conse. di. ij. liquido & dist. iij. vt ieiunij. & c. vt ep̄iscopi. &

maxime in ordine hoc dicendum v^t
q^d Pau. & barnabas apostoli ieiuni
manus imponebant. vt. lxxv. di. q^d die
domini co. quod ob reuerentiam sa-
cramentorum est inductus. hugu. tñ
dixit q^d prius in confect ordinem et
prius recipit. tñdem dicit in quoli
bet alio sacramento. excepto sacra-
mento eucaristie. quod non credit cō-
fici. nisi tantum modo a ieiunio vt de
con. di. ij. liquido. Sed ber. lauerē. &
so. dicunt contrarium ex eodē decre.
nam ibi dī post cenam dominus dis-
cipulis corpus & sanguinem suus tra-
didit. qñs ibidem statuat ne pñs
sus conferat aut prius accipiat.

nec indicare nec officium aliquorum
ordinū pñt exercere. vt. xx. ij. di. mu-
lier sacratas. xxiij. q. v. mulieres. j. de
sen. ex. de monialibus. Quis abbatif-
fis obedientia reuerentia debeat &
reuerentia debeatur ipsarum salu-
bna monita & mandata debeant ob-
seruari. vt. j. de ma. et obe. delicta. j.

Nam licet beatissima virgo dignior
excellenter fuit omnibus apostolis
non tamen illi. sed istis dominus cla-
ues regni celorū cōmisit. vt. j. de pe-
ni. tre. noua. nec premiffis obstat q^d
legitur. xxiij. q. j. dyakonissam. & c. si
quis rapuerit. iura. enī illa loquunt
de dyakonissis. nō que ordinem dya-
conalē habeat sed que iter alias mo-
niales prerogatiuam aliquā obtine-
bant forte circa omelias in maturis
nis legendas. Item nō obstat. xxiij.
di. pñs. ibi. enī appellat pñs bytera q^d
pñs byteralis. nō q^d esset ordinat. s; or-
nati socia. vnde in seqñti canonē ap-
pellantur tales semine seniores vñ
uire vel mñcurie. idest matrone cus-
ram habentes ecclesie. sicut dicitur
matresfamilias. ¶ Sed queritur j

an pñs possit cogere clericos in
uitos ad ordines recipiendos & certe
quidam canonē dicunt non debere
aliquē iurū cogi. vt. x. xxiij. di. c. j. & ij.
& c. vbi. quidā vero dicit contrarium
vt. lxxij. di. si qui clerici. & c. placuit.
¶ Item circa modum cogendi etiā
iura variare videntur. alicubi enim
dicitur aliquē cogendi per subtra-
ctionē bñficij vel dignitatis vt. lxxij.
di. epñs. alicubi vero dī q^d minoris
maioribus in ordinibus preferant.
vt si maiores in dignitatibus & prius
res in tempore videntes minores et
posteriores ad ordines maiores pro-
motos honorem quem refugerant
appetere cogantur & q^d stus. vt. lxxij.
di. consilium. Prima discordia cano-
nū sic ad conueniē ad concordiam re-

9
clau.
pñs
fuit
radi.
aplis

10

hocari vt iura illa que dicunt inuitū
non compelli. loquatur in absoluta
coactione alia vero que dicunt inui-
tum fore cogendū. loquantur in coac-
tione conditionati. Secunda discor-
dia circa modum cogendi sic sedat.
vt canon ille qui dicit aliquem cogen-
dum per subtractionem dignitatis lo-
cum habeat cū necessitas erigit ali-
quē ordinari. Alius vero canō qui di-
cit sic inuitos cogi debere. s. vt mino-
res maioribus in ordinibus preferā-
tur intelligatur ciuitas erigit ali-
quem ordinari. s; hec solutio impugna-
tur pe. pecc. q. loquitur vtroq^d casu. s.
necessitas s; vt vtilitas alternatiue. et
tamē in vtroq^d casu inuitum cogi de-
bere p subtractionem loci beneficij
vt. j. e. ti. queris. Ad quod dī diuersas
inueniri circa hoc penas in iure.
erit autem in arbitrio prelati p quē
modum & per quā penā compellat.
ita tñ vt vna a principio sit contenta
ad alterā nihilominus processus. si
hoc meruerit pro reueritas contuma-
cis. vt. j. vt lite non contest. quoniam
frequenter. vel distinguere plenius ci-
raymundo. q^d aliquādo vult epñs co-
gere clericum ad recipiendū ordinē
annexum beneficio vel dignitati quā
habet aliquādo ad recipiendum ali-
cum. In primo casu videlicet cū cle-
ricus in archidiaconatum vult coge-
re vt fiat dyaconus. electum in deca-
nū archiepiscopus vel prepositū
vel abbatem vt fiat presbyter potest
p subtractionem illius dignitatis vt
beneficij. & app. vt. lxx. di. inouam?
s. de elec. cum in cunctis. j. eo. ti. c. j. i
fi. fallit tñ hoc in vno casu. scilicet cū
fuit culpa sua post electionem & con-
firmationem sed ante ordinem inci-
dit in irregularitatē ar. ad hoc in de-
cre. Cum in cunctis. in verbo illo si ca-
nonē non obstant. quidam tamē
non admittunt hunc casum per de-

cre. j. eo. c. j. in fi. Sed illa intelligitur
cum sua culpa contraxit irregularitē
hic non obstat iura que illi contra-
ria assignantur. j. de de. egro. c. j. ff. de
sta. ho. l. qui furem. ff. de possu. l. j. §.
casum. lxx. di. precepta. In secundo co-
su cum vult aliquem compellere ad
recipiendum ordinem non annexum
beneficio vel dignitati. subdistingue
q^d aut necessitas vel vtilitas ecclesie
exigit aliquos promoueri ad ordinē
illum. aut non. In primo casu iterum
subdistingue q^d aut ille clericus ex-
cusat se rōne criminis quod se com-
misit proponit. aut rōne alterius i
pedimenti quod se dicit incurrisse.
aut sola voluntate. si se excusat rōne
criminis d^s episcopus promouere in-
feriores ydoneos ad ordinem & ipm
dicentem remoueret bñficio quod
obtinere illa ecclesia nisi aliter sit val-
de vtilis vel necessarius illi ecclesie.
vt. j. eo. ti. queris sic pñt intelligi il-
lud. c. lxxij. di. consilium. ¶ Si vero ex-
cusat rōne alterius impedimenti. puta
propter infirmitatē vel aliud impedi-
mentum repositale vt ppetum non pro-
ueniens ex delicto suo. non est cogend?
& si cogeretur esset eius appellatio
admittenda. sicut dicitur in tutore cu-
ius legitima excusatio non admitti-
tur. vt. ff. quādo app. fir. l. j. §. si quis
tutor. si autem sola voluntate cleri-
cus se excuset nullam aliam cām pre-
tendus nisi q^d non vult debet com-
pelli app. remota per subtractionem
officij & beneficij. vt. lxxij. di. distinc.
c. ij. & iij. & j. cod. titulo queris. & vbi
exigit vtilitas vt necessitas ecclesie
nō d^s eos cogere iuros & si faciat est
punitendus. vt. lxxij. di. distinc. c. j. & ij. &
c. vbi dicitur autem exigere vtilitas
ecclesie quādo ecclesia indiget aliqui-
bus ministeris & non sunt in ecclesia
alii ydonei preter istum quem episcopus
vult compellere nō cessit as autē

6
Dis.
an sit
de su-
sta. oz

7
8

de substantia ordinū. Responso ou-
bitatur. & ideo in hoc in alijs que in
ordinationibus obseruari mandant
nec constat an sint substantia. vel de
solēnitatibus. nec per aliqua iura in-
uenitur q^d omnia sup pleri debeant.
credendum est hys omiffis ordines
non fieri. & ideo iterandum. nec tunc
intelligitur iterari q^d intelligitur ite-
ratum quod ambigitur esse factum.
vt. j. de presbytero nō bap. veniens.
lxxvi. di. ij. pñs byteri. de cō. di. j. solēnita-
tes. ¶ Sed queritur de illo j qui pre-
termisso aliquo ordine non tamē sa-
cerdotali promouetur in episcopum
an ordinans alios conferat ordines
& est dicendum q^d sic. dummodo non
conferat illum ordinem quē non ha-
bet q^d tunc nihil ageret. vt. j. q. j. gra-
tia. & q. vij. daybertum. de eo autem
qui nullos ordines habens celebrat
dicemus. j. de presby. non. oz. mini.
¶ Quid de mulier. Nunquid si ordi-
netur recepit characteres. Respondeo
non impediēte sexus constitutione
ecclesie. nā mulieres quīs doct. san-
cte ac religiose teriam abbatissē. nec
predicare. nec bñdicere. nec excoicare
nec absoluer. nec penitentias dare.

exigit quādo ecclesia indiget mistro
nullus alius est ydoneus i ecclesia
pieter istum quem episcopus vult cō
pellere. ¶ Circa hāc distinctionem q̄
ritur vtrū recipiat caracteres qui co
ordi. actus ordinatur. Ad hoc dicat q̄ sic
cacte si coactio est conditōalis. ar. lxxxiij.
an re. di. vbi ista. xlv. di. de iudeis. j. q. j. q̄
carac. quidam. Nam in tali casu est ibi volū
tas ordinari saltem indirecta. vt. xv.
q. j. merito. S; si fuerit absoluta coa
ctio tūc nec character igitur sicut nec
in tali casu confertur baptismus. vt.
j. de bap. t. cius effectus. maiores. ar. l.
di. presbyteros. j. de his que vi. mer.
ve causa si. sacris. Sed nūquid cōis
nere tenetur is qui cōditionali coa
ctione est ordinatus. videtur q̄ sic ne
alias videatur ordo cōferri. ar. xlv.
distinctione de iudeis. in fine q̄ coa
ctio voluntas. est voluntas. vt. xv. q. j.
merito. et hec maxime secundum il
los q̄ dicunt vtrū cōditione fore ānciū
sacro ordini. ar. xxvij. disti. dyaconi.
lxxxiij. di. cum in preterito. ¶ Ad hoc
dicunt quidam q̄ talis continere te
netur licet non debuerit cogi ad
ordinem suscipiendum susceptum
tamen etiam p coactionem seruare
tenetur per capitulū de iudcis. Joā.
dicit non teneri si merus vel coactio
fuit talis q̄ posset cadere in constan
tē virum alias sic. vt. j. q̄ merus cau
sa flatum. et c. cū dilectus filius. Jre
q̄ integritas corporis res voti est nō
cepti luaderi pōt impari non pōt.
vt. xxxij. q. j. integritas et continentia
non debetur nisi voluntaria. vt. di. xxxij.
ante triēnum. xx. q. iij. presens. Po
ne ergo q̄ non tenetur continere q̄
talis incus iteruenit qui potest cade
re in constātem virum. Nunquid vte
tur privilegio clericali. Videtur q̄ sic
si velut viuere clericaliter arg. xxxij. si
qui vero iudic. quod credo ve
rum nisi penitus transiret ad contra

rium actum. vt. lxxxiij. quiquis. Vel
aliter dicas q̄ si prius habeat vxores
legitimam poterit illa vti sine pecca
to tūc hoc solue precedentem que
stionem si tamē ipsa vellent ipse nol
let non haberet privilegium alias si
ipsa nollent ipse vellent quantum in se
esset nam tunc haberet privilegium
si viveret clericaliter vt dictus est. ar.
xxvij. q. ij. multorum. Si vero ante nō
habebat vxorem legitimam tenetur
precise continere. argu. illius. c. de iu
deis. ¶ Quid si clericus vult promo
ueri et peti ordinari prelatum autem
non vult. q̄ forte nouit eum secreto i
peditum. ratione criminis non enor
mis. Respondeo si est clericus secula
ris mouebit eus vt desistat a tali pro
posito. Sed si monitus nihilominus
instat prohiberi non potest vel impe
diri. vt. s. de tempo. ordi. c. vi. nō enor
mis ideo dicit q̄ quod operatur cri
men medio cre manifestum hoc ope
ratur crimen enorme occultum vt p
batur. s. de tempo. ord. c. vlti. et nota
ui eo. ti. s. circa idē intelligo cū prela
tus nouit clericum impeditum vel ir
regularem ex defectu. puta propter
bigamiam vel defectum natalium.
q̄ tunc nec ordinabit nec faciet ordi
nari. Sed opponitur de corpore xpi
quod maius est omnibus sacramen
tis. vt de conse. di. ij. nihil. tamen di
spensator non prohibebat pingues
terre. i. peccatores mensam dñi mā
ducare. sed erato ē timere moneat.
vt de conse. di. ij. nō prohibeat. et oīs
iude bucellam tradidit vt de conse.
disti. ij. sancta. et c. sicut iudas. scilicet
die iouis sancta cum precedenti die
prodicionem fecisset. vt de conse. di.
stincti. ij. liquido. Ad primum respon
deo illud locum habere i corpore xpi
si ad quod suscipiendum sola con
stitutio facit abilem. vt de conse. disti.
prima quortidie. secus in ordine ad

quem nec pacta presentia dignus fa
cit si de crimine eorum agatur. vt in
predicto. s. Circa nota. Ad secundum
sic. hoc fecit dominus qui superior
est omni iure cui dici non potest cur
ita facis. q̄d tamen id fecit vt nos in
stitueret occultos peccatores per tol
lerantiā. sustineret. ij. quest. j. vni. i
fi. Vel possunt ad vtrumq̄ simul res
pondere vt dicam aliud in sacramen
tis necessitatis talid in sacramen
talis dignitatis. vt. j. q. j. s. sed notā
dus sic ergo decretalis illa ex littera
rum loquitur in clerico seculari cui
peccatum non enorme occultum est.
notum tamen prelato. vel loquitur i
clerico qui peti ordinem ratione be
neficij vel dignitatis cui est ordo an
nex? secus si ius petendi non habeat.
vt eodem titulo de tēpo. ordi. ad au
res. vel dic quod illa loquitur i regu
lari qui contra voluntatem sui prela
ti forte scientis aliqua secreta com
missa ipsius promoueri non debet.
regulares. enim fortius sunt ascripti
suis prelatis q̄ seculares. vt. xij. q. j.
non dicatis. Item pone quod episcopus
vultraliquem appellere ad reci
piendum ordinem hoc facit propter
odiu? nihilominus hoc exigit vtili
tas ecclesie illum ordinari nunquid
tenetur iste recipere ordinem. vide
tur q̄ non q̄ episcopus non potest si
bi taliter precipere. scilicet propter
odium vel aliam causam in honestā
tē compelleret illum vtrū quod debe
ret deponi h vtile esset illum ordina
ri. ar. xlv. di. c. j. et c. Episcopum. j. eo.
titulo tuam. Credo tamen contrariū
q̄ licet episcopus sic peccet precipiē
do iste tamen debet parere ex quo
non est malum quod precipitur im
mo iustum et vtile ecclesie. xj. q. iij. q̄d
ergo. xxxij. q. j. quid culpari in sin.
xxxij. q. v. manifestus. ¶ In summa
nota q̄ ordinari ab episcopo alie

no sine licentia proprii episcopi non nō re.
recipiunt ordinis executionem vt. s. ordi.
de tempo. ordi. q̄ translationes. qui ab ep
autem extra tempora debita se faci
unt ordinari debent deponi. vt. s. de
temp. ordi. sane potest tamen propu
us episcopus cum transibit dispensa
re. vt. s. de temp. ord. consulationes. epi.
¶ De qualitate preficiendorū nō am
plus hic prosequor q̄ de ea tractau
s. de tempo. ordi. vbi pro secutus suz
regulas apostolicas. ¶ In summa tūc
tabis q̄ cura vel regnes ecclesie par
rochia lis minor. xvj. annis pmit
ti non pōt. vt. s. de elect. l. ii in cūctis
s. inferiora. nec obstat. j. eodem tit.
indecom. Nam h; prohibetur cō
mitti regimen ecclesie parochialis.
j. xij. annum non sequitur q̄ in. xv.
posset cōmitti. vel ante. xvj. nisi mo
rii probitas suppleret defectum eta
tis. vt. lxxvij. di. c. vlt. C. de prepos. sa
cro scinio. l. sciet. et l. vni. cūq̄. vel in il
la. cum in cūctis ostenditur quid de
iure cōmuni debeat in illa in decou
a quo anno episc. possit dispensare.
¶ Item plures ecclesias clericus ha
bere non oīs. vt. xij. q. j. c. j. et ij. nisi in
quinq; casibus. Primum propter vnio
nem. vt. x. q. iij. vnio. j. de reli. do. q̄.
Scōs propter raritatem clericorum
vt. xij. q. j. clerici. in fi. Et tunc cū ec
clesia est annexa pendet vel digni
tan. vt. j. de preb. extirpande. Quar
tus si quis vnam habet intulatas
taliā cōmendatā. vt. xj. q. j. plus
res. Quintus cum vna dependet ex
altera infra eodem ti. tam re. ¶ Di
ctur aut vna ecclesia dependere ex
altera sicut loquitur decre. de reli.
do. q̄ sicut et due arbores vniūti iū
turam habeant supra terram. vt.
ff. arbo. sur. ce. l. si gemina arbo. et
si sic vna ecclesia subit alteri licet
prelato vtriusq̄ preesse. ita tamen
vt in maiori. residet et in mi.

13
Ord.
tionē
cu,

noxi seruiat per vicarium. vt. j. de preben. Extirpande. ¶ Tres si maior ecclesia construat aliquam minores in proprio fundo. nihil impedit eundem pcesse vtriusq. solicer maiori et minori. nam et episcopi dispensatione vnt prelati diuersis ecclesiis pcesse potest. vt. lxx. distinctione sanctorum. ¶ Item nota quod qui reputat dignus ad vnum ordinem vel honorem non debet ad alium reputari indignus. vt infra eodem titu. Accipim. lxxij. distinctione. j. q. j. christus. arg. ad illud. j. de accus. nulli. infra de senten. excomm. nica. in presentia. ff. de libera. causa l. quis sciens. ff. ad legem iul. de adulteriis. si viro. in fine. ff. soluto matrimonio. l. viro atq. vxore. Sed arg. contra. ff. de suspectis. l. iij. §. queri potest. xij. distinctione nos consuetudinem. xv. q. vltima. c. j. et ca. Si quis presbyter. lxxij. distinctione locorum. l. i. distinctione quicquid. circa hoc sic puto fore dicendum quod si ordinatoz illum quem ad vnu sacramentum ordinem ordinauit per se examinauit ab illo repellere non potest nisi forte postquam promotus fuerit reddiderit se indignum vt in de cre. accepimus. secus autem si per alium examinauit. frequenter enim archidiaconus examinauit ordinandos. vt not. s. de tempo. ordinan. §. Nunc videamus.

De sacra vntione. Rub.



Quod est su pra de ordinandis et de presciciendis. sed quia aliqui ex ordinandis et aliqui ex his qui presciciendi sunt dignitatibus inunguntur. ideo subijciatur hic

rubrica de sacra vntione. ¶ Videamus igitur quid sit vntio. qui et a quo inungatur quid significant vntiones. Item quid operentur. ¶ Et est sciendum quod duplex est vntio. exterior et interior. per exteriores visibiliter corpus inungitur. per interiozem inuisibiliter cor inungitur. Exterior signat interiozem. interior autem est significatus exterioris et signum inuisibilis gratie quam vntio visibilis agit et auget si digne sumatur. vt hic in. j. rñ. ¶ Est autem vntio quod ipsum verbum sonat vt. ff. iudi. sol. l. iudicatur. ¶ Crisma te quod ex oleo et balsamo consistitur caput manus episcopi consecrant. ¶ Quid facit significet oleum. quod balsamum quod vntio capitis. quod manuum in littera explanatur. ¶ Ungit princeps. nam in veteri testamento vntebantur reges. vt. lxx. di. c. j. Sed tunc vntebantur in capite. sed vntio capitis in brachium est translata. vnde hodie princeps inungitur in brachio. humero vel armo. Quid autem hec significet in littera conuenitur. ¶ Et est sciendum quod princeps oleo belinitur vt hic. §. refert. Ungitur manus sacerdotis crismate eius ordinat. vnde oratio illa consecrare et sanctificare digneris domine manus istas per istam vntionem et per nostram benedictionem communis est et episcopi et presbyteris. vt hic. et. xvj. q. j. §. hoc idem circa si. Inungitur et reges. vt. j. eo. §. q. vero. ¶ Inungitur quilibet christianus bis ante baptismum. scilicet oleo benedicto. primus in pectore. deinde inter scapulas. et bis post baptismum. scilicet crismate sancto. primus in vertice. deinde in fronte. Crismate autem signare munus episcopale est. vt. xvj. di. p. uenit. et presbyteros. de ose. di. v. oēs de his. man. et. c. nouissime. et. lxxij. dist. ¶ Quis. s. de pñe. q. ro. ¶ Quid facit significet iste vntio ante baptismum. et quod ille qui post baptismum de hic

et de con. di. v. spiritus sanctus. ¶ Ungitur ecclesia eius dedicatur. altare eius consecratur. calix autem cum benedicitur. vt. j. eo. §. vngitur. et hec consecratio ecclesie vel altaris fieri habet cum missat alijs solennitatibus que leguntur de ose. di. j. c. j. et. ij. Sed quod dicit. s. paruulos bis inungi ante baptismum et bis post baptismum. scilicet ante baptismum oleo post baptismum crismate recipit contrarium et eo quod legitur. p. di. ecclesiasticar. qd. c. duobus modis seculi in scapulis. iterum in pectore et hoc oleo sancto. tertio in vertice. et tunc crismate et tempore baptismi. quarta autem vntio fit post baptismum in fronte. et illa fit crismate. ¶ Secundo videtur ob stare i eo quod dicit. ter inungimur oleo. cum due tamen prime vntiones fieri habeant oleo. tertia vero crismate. vt dictum est. di. co illud verbis oleo quo ad duas primas vntiones significare proprie. quo ad tertiam vntionem que fit in vertice improprie. Nam ponitur oleum pro crismate. sicut e conuerso crisma ponitur pro oleo. vt. xvj. di. illud. ¶ Vntio igitur principis patriarcharum primatum. archiepiscoporum spectat ad summum pontificem. episcoporum ad metropolitanos. sacerdotum. ecclesie altaris et calicis ac paruulorum consignati post baptismum respicit episcopos. ¶ Vntio vero paruulorum ante baptismum spectat ad simplices sacerdotes. Quid autem iste vntiones significant et quid operentur satis hic in littera declaratur.

De sacramentis non iterandis. Rub.



Actum est supra de sacramentorum vntionis. sed quod quedam sacramenta iterari non debent nam per iterationem iniuria fit sacramentis quasi prius collata et forma ecclesie nihil valet. vt de con. di. iij. ostenditur. j. q. j. quod quedam ideo subijciatur hic rubrica de sacra. non ite. ¶ Videndum est igitur quid sit sacramentum. quid signum. quid sacrificium. et quid misterium. Secundo quod sint species sacramentorum. Tertio quis sit eorum effectus. Quarto quod sacramenta possunt iterari et que non. Quinto quare sacramenta fuerint instituta. ¶ Quid facit sint sacramentum. scilicet signum. sacrificium et misterium. probat j. q. j. de co. di. ij. sacrificium. et. c. signum. ¶ Species sacramentorum sunt due que quedam sacramenta sunt generalia et necessaria. quedam specialia et voluntaria. Generalia et necessaria sunt que omnes contingunt et omnibus conueniunt. et sine quibus vir aut nunquam saluus esse potest. Et sunt quing. baptismus. Confirmatio. Eucharistia. Penitentia. et Extrema vntio. Probatur hic de co. dist. iij. nulla preter baptismum. de con. di. v. c. j. et. ij. de con. dist. ij. et si non frequenter. j. de pe. tr. ois vtriusque. de pe. di. j. non potest. q. xvj. di. §. sed istud. primum est introductum vt baptismus. vnde ianua dicitur omnium sacramentorum. vt. xvj. di. §. verus. secundum pugnantium. vnde datur ad robur. vt de conse. dist. v. spiritus sanctus. tertium est progrediens. vnde et viaticum appellatur. vt. xvj. quæstio. vij. qui recedit. si quis de corpore. de his vero. de conse. dist. ij. Iteratur. Quartum est reductum nam reductibus datur. vnde et secunda ratio

bula post naufragiū appellatur. de pe. di. i. §. secūda. Quintum existit. nāz tñ ex euntibus de hac vita confertur. Sed magis proprie hic dicit de baptismo q̄ sit necessarium quāz de alijs. quia in quibusdāz vt in pueris nunq̄ est salus sine eo. sed i alijs sic. vt de conse. di. iiii. nulla in adultis vero z discretis sepe est salus sine eo z sine alijs. non dico sp̄etis sed non receptis. vel posset dici q̄ nec adultis est salus sine baptismo. verus est interiore. in adultis vero requir̄ baptismus interior. in pueris sufficit exterior ablutio. Sp̄alia z voluntaria sunt que non omnibus qui viuūt cōueniunt sed quibusdā cum quibus z sine quibus salus esse potest z ad que nullus compellitur. z est rō qz z sine eis z salus est. z sunt duo. s. ordo z cōiugium. istorū specialium z voluntariorū quedam sunt sacramēta dignitatis. z ideo Gratianus alibi distīgnit sacramenta quedam necessitatis quedam dignitatis. vt. i. q. i. §. sed notandum. dicitur autē sacramēta ordinis in plurali eo q̄ plures sūt ordines. dignitates autē dicuntur vel quia a dignioribus in ecclesia conferuntur hoc est episcopis. vel qz ad ordines non nisi digni admittuntur. i. sine crimine. sine infamia. z sine irregularitate cum ad alia oēs liberius non admittantur. z est ratio qz alia sacramēta recipiūt homines ppter se tātum. sacramēta vero ordinis recipiuntur non ppter se solus sed ppter alios. vt. i. q. i. §. ecce cum. q̄ ad hoc sacramēta ordinis z matrimonij nullus compellatur pbatur. lxxij. di. fin. vbi ista. xxx. q. ij. vbi non est consensus. j. de spon. cum locū. sit talia diuisio sacramentorū. Quedā sunt in quibus confertur gratia. vt. i. q. i. quicquid. vt sunt sacramenta ordinis vel necessitatis. z quedam sunt in quibus

gratia non confertur vt sunt matrimonij siue cum contrahuntur et ob hoc in eorum contractu p̄cia interueniunt. vt. xxxij. q. ij. honorantur. et conditiones pecuniarie. vt. j. de cons. di. appo. de illis. siue cum consumantur. vt. xxxij. q. ij. conubia. ¶ Effectus sacramentorū est vt talia sint accipientibus qualia corde z conscientia accipiuntur. vt. i. q. i. §. ecce si dominus declarauit. vt de conse. dist. ij. z sancta mal. nā non penitentibus sacramēta dari nō debent. vt. xcy. dist. i. illud. quod intelligo de peccatis manifestis nāz propter occultā non possunt alicui sacramēta negari nisi per amonitionem secretam vel publice in genere sacram. vt de conse. dist. iij. non prohibeat. ¶ Istorum ergo septem sacramētorū quedam sunt reiterabilia quedam non. tria sunt que fm omnes iterari non possunt. s. baptismus. ordo z confirmatio. De primis duobus probatur. i. q. i. quod quedam in prin. Et est rō qz per reiterationem fit iniuria sacramentis. vt in prin. dist. i. z probatur. i. q. i. sacramenta. de tertio vero probatur de conse. dist. v. dictum est nobis. z. c. hōie. Alia vero quattuor reiterantur vt matrimonium. vt. xxx. q. i. aperiant. z. c. sequentibus. Eucharistia vt de con. di. ij. quotidie. z. c. si non frequentius. Penitentia non solēnis de peni. z re. omnes vtriusq̄ sexus. Non solēnis ideo dico. qz solēnis non iteratur. est effi sacramentalis. vt. l. di. in capite. et ideo non reiterabis. vt. l. di. quib. de pe. dist. iij. quib. nisi cōtraria consuetudo alicubi vigeat. vt de peni. di. iij. §. ex p̄sona. Similiter z extrema vñctio reiterat nā cum sit medicina corporis z aie. videtq̄ adueniēti morbo apponi possit z debeat medicina. et hoc pbat. xcy. di. illud. q̄dam tamē dicit. q̄ nec ista quattuor reiterantur.

nam in scō cōiugio benedictio nō repentur. vt. j. de secū. nup. vir aut. Itē non eadem hostia iterū benedicif. z idē in oleo infirmorū. Similiter penitētia que cum solēnitare imponit non repetit. mouet autē ex eo q̄ casus non dicit simpliciter sacramētū non iterari. ne p reiterationem iniuria fiat eis vt de con. dist. iij. ostēdit. ¶ Si qd igitur omisum est in ordine non est iterādum. sed caure supplēdū est qd incaute fuit pretermisum. vt. j. e. ti. c. i. z vlti. li. dist. sollicitudo. ¶ Reuerentia statim videtur quare sacramēta fuerint instituta. Satis enī z sine eis potest fieri rarō dominus saluti humani generis prouidere. Respondeo tribus de causis instituta fuerunt. ppter humilitationē. eruditionē. z exercitationem. Humiliationē vt dñs homo reb⁹ sensibilibus z inferioribus se reuerenter subiicit. ex hac obediētia magis apd deū mereamur. Propter eruditionē vt per illud qd foris in specie viliū videtur ad inuisibilem virtutem sacramentorū agnoscedam erudiamur. Propter exercitationem qz hō oculos esse non debet. qz oculum z voluntas arma sint hostis antiqui ad miserā animā captiuādas. vt. s. de renun. nisi cum p̄ides. §. verum. Et alibi oia si tollas perire cupidinis arcus. Item alibi. Quare egistis quare sit factus adulter. Eni promptus est desidiōsus erat. Unde h̄iero. facit aliquid operis vt te inueniat dyabolus occupatum. vt de conse. di. iiii. quā. Proponitur ei vtilis z salubris exercitatio in sacramētis per quam vanam z noxiā ociositatem deducit. ¶ In summa notādus est q̄ penitentis baptisum est vltimus supplicij fm leges. vt. C. ne sanctum iterā baptismū ire. l. ij. Sed ei qui sanctitatis peccatū baptismi geminat pena depositio nis iponit tanq̄ indigno sacerdotio

vt. C. eo. ti. l. j. Illi autē qui sponte fuerint iterū baptizati vel cōditionaliter coacti promoueri nō possunt. et idem intelligo si ignoranter postea cum scuerint ratum habeāt. Item si ab hereticis scienter. vt. l. di. affirmatum. j. q. i. ventū. i. ff. x. q. vij. q̄ in qua libet. z. c. ouenientibus. In habitu tamē clericali debēt isti viuere z sic retinēbunt p̄uilegium clericale. vt. lxxxi. di. dictum. de con. di. j. dictum. qui autem ignorāter sunt rebaptizati sicut frequentius fit de infantibus vel coacti absolute possunt promoueri fm quosdam de iure fm alios qd tutius est de dispensatione epi. vt. j. qd. iij. placuit. De vtriusq̄ habetur de cō. di. iij. eos quos contradicit vehementer. de cō. di. iij. qui bis. vbi dicit q̄ si ignoranter aliq̄ rebaptizatus non indiget p̄nia z tunc est irregularis z promoueri nō potest. Sed illud dictum fuit olis in odiū rebaptizatus vel de magno rigore vel de ignorantia iuris que nō excusat in talib⁹. Et qd dictus est in rebaptizato intelligas in reordinato z cōfirmato. ar. lxxvij. dist. c. j. de conse. di. v. dictum.

De filijs presbyterorū ordinandis vel non. Rubrica.



Actum est su

p̄a de ordinandis sed qz ordinandi impediuntur varijs ex causis inter quas viciū originis prestat impedimētus. ideo videamus de filijs presbyterorū ordinandis vel nō. ¶ Quidēdum est igit qd cā phibitionis que circa tales dispensatio adhiberi possit. z q̄s eis valeat dispensare. ¶ Cā phibitionis test triplicis dignitas z excellētia clericalis que turpibus z infamibus cō-

Triplex dignitas et excellētia clericali q̄ turpib⁹ z infamib⁹ cō-

c ij

mitti nō debet. vt. j. de exco. prela. in ser dilectos. C. de dignita. l. neq. famosus. C. de insa. l. vna. ppter quam dignitatem lex diuina prohibuit spurios manfere et hōi turpes personas intrare ecclesiam vsq. in decimā generationem. vt. s. de electio. Inno. aut. j. qui si. fin. legi. p. venerabilem.

¶ De restatio criminis paterni qd plerunq. de restatur in filiis et punitus teporaliter. vt. vj. q. j. verum. C. ad legē iul. ma. l. si quis cu. militib. j. de here. vergentis. Et est rō qz magis puniuntur patris in filiis q. i se ipsis. vt. ff. q. me. can. l. isti quidem.

¶ Tertio qz filij solent esse imitatores paterni vicij. iuxta illud. sepe solū similis filius esse patri. vt. v. q. j. s. verū. lvi. di. si. gens. vel tales nō pmo uent quasi maculati et dhonestari in continentia patrum. sicut de dhonestat maritus de incontinentia vxoris. vt. xxxij. di. si. ciuis. xxxij. q. j. in coniugio. sicut de dhonestat qd ex tractu analie. vt. xxxij. di. si. quis viduam.

2 ¶ Et quod dixi spurios nō admitti ad dignitates ireligio ecclesiasticas. nā ad seculares dignitates admittuntur vt. ff. de decu. l. spurij. et l. generaliter s. spurios. Item qd dixi filios puniri pro delictis patrum casualiter lo cum habet alias generaliter patrū obtinet nullum em delictū patris in nocentie filio pene esse d. vt. ff. de cur. l. ij. s. nullus. ff. de penis. l. crimē j. q. iij. nullius. vt. j. de his que sunt a ma. par. ca. que siuit. C. de pe. l. fan cinus. Tres qd dixi filios sacerdotis promoueri non posse. intelligo de filiis in sacerdotio vel in sacris ordinibus parentum susceptis. Leteruz si quis ex legitimo matrimonio genitus fuerit. quāuis postea pater eius ad sacros ordines pmoueat. et de mium ad sacerdotium et etiaz episcoporum accedat filius eius legitim?

libere potest ad sacros ordines et dignitates ecclesiasticas promoueri ut alij ecclesijs non in ea in qua pater presuerit vel preest nam in ea nō potest nisi simplex beneficium obtinere. vt. j. eo. titu. ad hoc. canonicatum autem obtinere non potest. vt. j. eo. ad abolendam. hic obtinet in filio il legitime nato et maxime in spurio vt in littera eiusdem decre. ad abolendam. Sed magister Ray. in summa sua scripsit contrarium. Dixit enim q legitimus filius sacerdotis potest de iure habere canonicatum in ecclesia in qua presuit pater vel preest. per illam ad hoc. sed spurius sacerdotis. non vt in decre. ad abolendam. et qd ibi dicit marie spurius. expositum maxime. i. tatum. sed hoc non placet. qz spurij nedum in ecclesijs paternis s. neq. in alijs possunt canonicari de iure. Unde exempla illa de summis potestibus susceptis et sacerdotibus que ponuntur. lvi. di. in prin. sic intelligo. s. de his qui in layali statu vel in minoribus ordinibus parētuz suscepti sunt quādo parētibus suis vti vxoribus licebat. secus post sacros. vt. xxxij. di. ante triēniuz. xxxij. di. placuit. et c. seriatim. in fi. lxxvj. di. epis. vnde suscepti ex legitimo matrimonio nō sunt sed post sacros ordines patrū pmoueri nō possunt. vt. j. eo. ti. lras.

3 ¶ Circa filios sacerdotum et alios il legitime natos dispensatur aliquādo ipso iure aliquādo p hominem. Ipso iure p ingressum religionis. vt. j. co. tit. c. j. Ingressus eni religionis tollit ingratitudinem. vt. xij. q. vi. nō liceat. et monachatus omnem maculam abstergit. vt. in aut. de mona. in prin. ita tamen vt prelationem nullatenus habeant. vt. j. c. j. Quidam tamen dicunt q non ipso iure dispensatur cum talibus per ingressum religionis sed prodest eis religio ad ob

spensationem facilius obtinendam ar. l. di. si ille. lvi. di. pūf. s. sicut fauore religionis inductum est vt per abtem dispensetur cū religioso q ante religionem ordines furtiue suscepit vt. j. de eo q fur. ordi. fuisse. cum. h. la. tot. et cum eo q ante religionem in excoicationē suscepit ordinē p ignorantiā iuris. vel per facti obliuionē. vt. j. de senten. ex. cū illoz. Sed qd primo dictū verius est. Per hominē adhibet dispensatio circa tales et triplex. Alia quando magna. alia maior. alia quādo maxime. Magna vt ordinetur in ecclesijs alijs a paternis. ar. a contrario sensu. j. eo. ti. pūf. maior in paternis. media tamen interueniente psona. vt. j. eo. titu. et transmissa. maxima vt in paternis admittant in eadire. vt. j. eo. titu. et tua. Sed licet hec distinctio magistralis sit et antiqua patitur tamē calumnia in medio mebro. qz decre. ex transmissa videtur loqui in filio sacerdotis legitimo. q de iure cōmuni admittitur ad illum personam que pater habuit media interueniente psona. Saluo nihilominus decreto remanente qd successio nem in ecclesia dei hereditariam de testatur. qd locum habet cum media persona non interadit. vnde non de dispensatione loquitur sed de iure cōi vt dictum est. Media autem psona tollit impedimentū et facit vt liceat ali cui habere psonatū vel ecclesiā quez vel quā pater habuit. quia variētat successiois vitium aboletur. vt. j. q. j. c. i. q. j. in primis. ff. de here. et act. ven. l. venditor. ¶ Et nota q siue pater habuit personatū filius immediate habere non potest. vt. j. eodem titu. quoniā. siue pater habuit vicariam filius immediate habere non potest vt. j. eo. ti. ad extirpandas. Sed si pater habuit psonatū. filius vicariā habere nō potest. vt. j. eo. ti. michael.

vel cōuerso si pater habuit ppetuā vicariā filius immediate psonatū habere nō pot. vt. j. eodē ti. cōstitutus. Et rō quia perpetuus vicarius curas habet ecclesie cuius vicari? existit. vt. j. de offi. vica. ex parte tua. Unde habens vicariam ppetuā aliam habere non pot. vt. j. de offi. vica. puidcas. s. de rescrip. postulasti. vnde ppetuus vicarius quasi ius habēs in ecclesia. vt. j. de instru. s. perpetuus. amoueri sine causa non pot. vt. j. de offi. vica. ad hoc sicut et episcopo q ad non modicū tempus adductus h. i. re. vt. ff. si ag. vecti. vel emphi. l. j. et vl. ff. de superficibus. l. j. s. q. ait. Sunt ergo due phibitiones in hoc tractatu. ¶ Una de filiis pbyteroz non pmo uēdis. Alia q filij nō assumant ad ea que patres immediate habuerunt. Circa primū impedimentum dispensat aliquādo p ingressum religionis. alia quādo p hominē dispensatur cum talibus in seculo remanentib. vt. j. eo. titu. veniens. et c. ex transmissa. nō effi inuenitur phibitum epis circa cōuēnes et simplicia beneficia cum talib. dispensare. vnde intelligitur eis permisum. vt. j. de sen. ex. nuper. hodie tamen cum talibus in dignitatibus et personatibus et in beneficijs curā animarū habentibus. nō nisi per se. ap. dispensatur. vt. j. eo. c. vlt. et maxime in cōatu. vt. s. de elec. innotuit. lvi. di. aplica. et c. enomane. et c. qz simpliciter. Circa aliud impedimentum dixerūt quidam et scripsit Ray. in ti. hoc qd epī et archiepiscopi dispensare possunt per hanc decre. j. eodem titulo. ex tua. in qua respondetur ad cōsultationem. loquitur ergo de iure cōmuni. et sic dispensatio que per episcopum exco. accū. facta existit de iure pcessit. Sed salua reuerētia dicentibus et scribentibus non sic intelligo imo si hoc mō decre. illa intelligatur multū errare

tur. Nam in consolatione illi? decre. non agitur de dispensatione faciēda vel non faciēda. sed de iā facta non reuocanda. fuerat enim dispensari cum ali quibus auctoritate litterarū dñi Pa pe in quibus generaliter dicebatur posse filios in paternis ccdiis sustineri. quos pbare vire et sane cōuersationis archieps idem agnosceret. vel quos longuo tēpore illas tenuisse cōstaret. dubitatur aut an per lras speciales contra quosdam ex illis obtentis cum quibus iam fuerat dispensatum. dispensatio facta reuocari deberet. et dicitur ibi qd nō. sic nec semel facta remissio reuocatur. vt. xxiij. qo. iij. si illic. Nam beneficium mansurū esse debet. vt in auc. consti. que de dignitatibus. §. illud quoq. col. vj. et deus multiplicat et cumulat sue liberalitatis dona non reuocat. vt de pen. ni. di. j. quantilibet. qd autem non liceat archiepiscopo vel legato nedum episcopo dispensare cum filiis in ccdiis quas patres eorum nullo modo habuerunt. vt. j. codē ti. dilectus. nec mireris de hoc. nam talis dispensatio esset contra apostollū. vt. viij. q. j. apostolica. et c. et tñsmilla. j. eodez quia sanctuariū dei iure non conuenit hereditario possideri. vt. j. de isti. c. ad decorem. Et est sciendum qd hec prohibitio secūda de qua dictum est in §. sunt igitur locum habet etiā in filiis legitimis clericorum. unde errauerūt illi hodie qui scripserunt sub laram esse distinctionem hanc. vtrū pater immediate vel mediare ccdias habuerit proxime vel non pūne in ecclesia ministravit. quia viderunt hodie qualitercumq. varices nō licet nisi solo roma. Pontifici cui filii de vicorum dispensare in personaribus dignitatibus et in beneficiis cuiā animarum habentibus per decre. j. eo. titulo. ca. vltimo. Sed certe decr. illa

locum habet in filiis clericorū et alijs non legitime natis. Sed in filiis legitimis clericorum locū habet pmissa distinctio dux queritur. an fili? possit habere ecclesiam quas pater habuit oportet autem inqri an media inter cesserit psona vel nō. vt sciatur an p. hbitio de successione hereditaria obstat vel non obstat vt superius dictū est. et probatur. j. eo. titu. ad extirpandas. De hac secunda prohibitione qd ritur an extendatur ad nepotes et videtur qd sic. quia filioz nomen nepotes continentur. vt. ff. de ver. sig. l. liberos. ff. ad mace. l. filium. puto autē cōtrariū. nam hic de pena agitur. et ideo significatio filioz restringenda est non ampliada nam lex dicit qd senator non potest ducere in vxorem filiam illius qui vel one artem ludicram exercuit potest; tamen ducere neprem. ff. de ri. nup. l. hoc capite. et ar. lvi. di. dominus. j. Quid si quis neger se filium sacerdotis et asserat se filium alteri? ex legitimo matrimo. susceptū. qualiter hoc probabit cum difficultis sit filiationis pbatio. ff. de condi. et demon. l. lucius. Respondeo probatur filiaris si appareat aliquex nati ex his qui matrimonialiter sunt coniuncti. naz filius est quem nuptie demonstrat. vt. ff. de in ius vo. l. quia mater. vel probatur filius ex affectu. vt. j. de presum. asserere. ij. q. vj. ad romanam. C. de inoffi. testa. l. si iure. j. qui fil. sint leg. tñsmisse. et statur his coniecturis donec probetur cōtrariū C. de proba. l. non nudis. C. de testa. l. neq. professio. ff. de inoffi. testa. l. si instituta. §. j. C. de herc. insti. l. si pater. Quid si quis natus sit de damnato coitu. postea pater ducit matrem istū in vxorem. nunquid de iure cōmuni poterit promoueri tanq. legitimus. Ad hoc dicas qd si pater poruit illam habere legitimam vxorem tempore

conceptionis. quia nullum suberat impedimentum et postea duxit eam legitimam vxorem. legitimus est filius antea genitus per consequens matrimo. et ita succedet in hereditatem tanquā legitimus et ad omnes actus legitimos admittetur. quod verum credo etiam si mater post filij natiuitatē nubat alteri. demum eo mortuo cōtrahat cum patre filij. vel eod. uerso pater cōtrahat cum alia qua mortua ducit matrem filij. in vxorem et hoc dico in fauorem proles per iura inferius allegata. Secus si propter impedimentum aliquod non poterat esse mfmontū iter ipsos parentes tempore conceptionis. quia tunc licet postea sublato impedimēto ducat illam postea in vxorem non legitimabitur proles. vt. j. qui fil. sint legiti. tanta in auren. quib. mod. natu. et si. circa princi. col. vj. quod tamen in primo casu dicit talem legit. matrum quo ad omnes actus legitimos excipiunt quidam dignitatem episcopalem ad quā promoueri non potest si ne specialī dispositione domini Pape hoc etiam dixit Ray. per decre. §. de electi. innouit. circa principium fm vnam lecturam. Sed cū illud verbum quod olim erat in illa decre. et quod illud innuere videbatur fm vnam lecturam hodie sit decisum. hoc dicere non placeat. erat enim in tertio illi? decretalis talis lra qd mē electi isra qua driennium a natiuitate ipsius electi matrimonius non contraxit dicebāt quidem verum esse cum patre electi qui virginitatem matris preripuit quasi furtim cōtraxit. ergo post quadriennium vt innuit littera illa et tamen electio illius tanquam illegitime nati cassatur. Sed cuius hodie par ticula illa sit de illa decre. decisa per illam decreta. hec sententia teneri nō potest possit tamen per alia iura

iuari. Nam consilius requirit quod promouendus in episcopum sit de legitimo matrimonio natus. vt sus. de elec. cum in cunctis. Is autem qui ex damnato coitu nascitur et si postmodum inter parentes matrim. subsequatur non est per hoc consilio satisfactum. Item dispensatio generalis ad episcopatus vel archiepiscopatus non solet extendi. vt. j. de conce. preben. c. dilectus filius. Sed et si contrarium dicatur non displicet ne fauor matrimonij restringatur. C. §. si in hoc casu subfit impedimentum nunquid potest per archiepiscopum dispensari. vt sicut episcopus inter suos subditos dispensat ita et metropolitano? dispēct inter suos circa etatem minorem. vt. §. de eta. et quali. in or. pich. c. preterea. Item cum filiis sacerdotum. vt. j. eodem titulo. veniens. cum corpore vicariis. vt. j. de cor. v. titia. de presbytero. et cum adulteris et alijs criminosis. vt. j. de iudi. Et si clerici. respōdeo quāuis hec eadem possit metropolitano circa suos subditos. non tamen hoc potest circa illos qui sunt pmouendi ad dignitatem episcopalem. si irregulares vel illegitimi sint quoniam episcoporum seu maiorum negocia vel indicia romas non sunt Pontifici reseruata. vt. §. de trans. prela. inter corporalia. c. viij. di. multis in fi. C. Jte quid si sacerdos generet filius de vxore legitima cum quam attrimo. contraxerat in laycaru vel constitutus in minoribus. nunquid erit legitimus filius. scripsit magister Raymund. quod sic maxime si vxore contra dicente vel ignorante qd vir ad sacros ordines est promotus. et hoc dicit duplici rōe fauore plis. et quia culpa parentum non debet nocere filiis huiusmodi de matrimo. legitimo natis. x. viij. distin. dyaconi. x. vij. questio. ij. multorum. §. certe hoc

non placet nam de re. scripta est in hoc casu que dicit talem taliter susce-
pri et permissione i clerici ordinari. vt. f. eodē tit. litteras. Nec obstat si tu dicas. iste natus est de viro et vxore ergo est legitimus. ergo a pro-
motione non excludendus. quia et si viro et vxore susceptus ex dānato tas-
men coniū est p̄creatus coitus enim ille violat p̄creacionem et cōtinentiā ordini annexam. vt. xxviij. di. dyaco-
ni. lxxxiij. di. Cū in p̄terito Jte non obstat illa ratio q̄ culpa patētis nō obstat filiis obesse. nam culpa paren-
tū nocet origini filiorū. vt. f. de clan-
despon. cum in hībitio. et bona fides parentum. immo parentis prodest. vt. f. qui f. sint legit. Cum inter iohannem. z. c. ex tenore. debet igitur sic na-
tus quo ad ordines et dignitates pro illegitimo reputari. eo q̄ de dānato coitu et prohibito p̄creatus. qz cūz vir de assensu vxoris sue ad sacros or-
dines promouetur. sequestrato mā-
fionis cubiculo non debent amplius committeri. vt. lxxij. di. episcopos. im-
mo alteri nubere nō potest vxor post mortem viri. vt. xxxij. di. seriatim. in fine. z. xxviij. disti. quia sunt culpe. An autē in ordinatione mariti sufficiat consensus vxoris vel requiratur con-
uersio dicam. f. de cōuer. coniū. fateor tamen q̄ cum isto taliter nato beni-
gnius agendum est et facilius dispē-
sandum q̄ cūz alio male nato. Et q̄d dixi delictum parentum nocere filiis quo ad originem verum est. Jte nocet quo ad penas temporales. vt. no. f. eo. ti. f. de restitio. non tamē nocet quo ad eum. quia filius non por-
tat iniquitatem parentum. nec filij bonitas excusat malitiam parentū. vt. lvi. di. nunq̄ nasci. S; malicia pa-
rentum inducit presumptionem con-
tra filios. vt. lvi. di. i. gens. Angelorū et cōuersio malitia filiorū inducit

Appel
latiōe
bene-
ficij
q̄vis
niar
p̄sona
rus,

de preben. p̄ illorum. j. de eta. ⁊ qua
li. in or. pref. accepimus. non tamen
in ecclesia collegiata in qua per. ele
ctionem solet p̄ouideri de rectore. vt
j. de preben. c. viii. Et ceteri si que eccle
sie sunt non collegiate ⁊ sine patro
nis vel cū patronis ⁊ is p̄ quo scribi
tur fuerit prebentus. puto tales cō
fessas generaliter vocabulo beneficii cō
prehendi. et idem intelligo si p̄ter
dispensationem scribatur p̄ aliquo
vt ei p̄uideatur in aliquo beneficio
cōpetenti. naz talis interpretatio fas
cienda est sicut superius dictum est.
¶ Item quare ⁊ episcopus potest di
spensare cum cōmittēbus crimina
ad adulterio. ⁊c. non autem cum pa
tientibus defectum. Rñdeo facilius
aboleretur irregularitas p̄oueniens
ex crimine q̄ ex defectu. nam crimen
deletur per penitentiam. non defectus
Vel aliter nā maior est irregularitas
p̄ueniens ex vitio originis. q̄ illa que
prouenit ex delicto. nam prima p̄o
uenit ex natura. secunda vero ex acci
denti naturalia vero immutari non
possunt. vt. no. s. de cra. et quali. in or.
di. pref. §. de forma. ¶ Item queri
tur de eo quod supradictus est q̄ nō
licet episcopis dispensare cum illegiti
time natis in beneficijs habentibus
curam. Que beneficia dicuntur habere
curam. ⁊ Respondeo. illa quibus hec
insunt corrigere. interdicere suspens
dere. excomunicare. absolvere. ⁊ que
dam alia. vt. s. de clicc. dudum. nam
hec medicinalia sunt antinaram. vt
h. q. j. multi. ⁊. q. iij. cum ali. vs. r. q.
j. relata. cum sequentibus capitulis.
En autem legitamur ad actus eccle
siasticos videntur legitamur ad se
culares no. j. qui. si. sunt lē.

De seruis non ordinan-
dis. Rubrica.

Ictum est su-
pra de filiis presbytero-
ri ordinandis vel nō. et
factum est de impedi-
mento originis. Nunc
agitur de impedimento conditionis
seruilis. Seruiliis est conditio deri-
scalem nō capit honorem. vt. liiij. dis-
admittitur et ppterca subsequēter
subijciatur rubrica de seruis non ordi-
nandis et eoz manumissione. Vidē-
dum est igitur circa pūmā partem ru-
bricę qualiter serui possint ordinari.
quid sit si sine manumissione fuerint
ordinati. qualiter serui iudicorum va-
leant librari. Circa secundā partem
videndum est quid sit manumissio.
vnde habet originē. quis possit ma-
numittere et qualiter. ¶ Sciendum
est igitur q nullus seruus siue pri-
uati compos siue ecclesie potest ordi-
nari nisi prius manumittatur. vt. liiij.
di. c. ij. et ratio huius phibitio-
nis est duplex. seruilis utilitas. et ec-
clesialis dignitas vt in pcallega. c. ad-
mittitur. ¶ Si sine manumissioe
serui fuerint ordinati frequentius
reuocantur in seruitutē. frequentius
ideo dico. quia aliquando seruus or-
dinatus liber efficitur. et sic non reuo-
catur. aliquando remanet seruus et a
dño reuocatur. et ppterca distinguitur.
¶ Si seruus ordinatus scientie dño aut
ignorante. Si sciēte et non contradi-
cente liber et ingenuus sit. nec distin-
guo in quo ordine fuerit ordinatus.
vt. liiij. di. seruus. Si vero ignorante
dño. ignorantibus etiā. ordinatoe et
pfitatoe tunc ordinatus reuocatur
in seruitutem et redditur domino. vt
liiij. di. nulli ex antiquis. et hoc est ve-
rum si fuerit in minoribus ordinib⁹
ordinatus. Subdiaconus autem sa-
ctus dabit vicarium. sicut et diacon⁹.
cum hodie subdiaconatus sit sacer

ordo licet fm illud. c. ex antiquis red-
di dñs iubere quādo non erat sacer
ordo hodie secus. vt. s. de tempo. or.
a multis. j. eodem titulo. miramur.
Sed si vicarium dare non posset red-
dere domino. ram subdiaconus q̄
dyaconus. Presbyter autem fact⁹ in
peculio mulcratur vel seruiat domio
quodāmodo in diuinis obsequijs. vt
liij. di. ex antiquis. frequens mona-
chus factus euadit iugum seruitutis
vt. liij. di. si seruus. Ceterum si scien-
rē. de mandatis princ. §. sit tibi. colla-
tione. ij. in autē. vt. differen. iudi. §. si
quis vero estimans. col. ix. Et ad ra-
tionem p parte aduersa superius at
legata. l. qd legatus fungitur vice dñi
pape posset taliter respōderi. qd hoc
non est verum in his in qbus ppter
excellentiā dignitatis frangit ius cō-
mune. vt est in querela et appellatio-
ne p quas cause deferunt ad Papaz
medijs p'icrmissis. Et nota qd siue
per appellationē causa deferatur ad
papā legat? se intrinittere non pōt
nisi forte causam examinet. vt cā mē-
gis instructā ad superiorē transmi-
tar. vt. j. de appel. cōstitutus. siue p re-
lationē. vt. j. eo. ti. licet. C. de appel. l.
ex eo. r. idē si p querelā transferat ali-
quod negotiū ad audienciā pape. vt.
ij. q. vj. quo. r. c. anteriori. §. ad hoc. r.
idem est in postulatione porrecta. vt.
d. de postu. l. secūda bone. In his em
oib? expectanda est superioris iussio de
cilio ē rñsio. vt. ij. q. vj. multi. ij. q. vj.
dec. C. d. rela. l. ij. q. vj. deniq? ¶ Itē
officium legati est transferre abba-
tes ecclesie romane immediate sub-
iectos. vt. ff. de cōsue. cū venerabilis.
¶ Sed nunqd legatus cōcilij facere
pōt. Et videt qd sic particulare nō ge-
nerale. vt. ij. di. §. pozo. r. vñ. distin.
regula. multa em concilia particula-
ria iuueniunt celeb'ata sine pñtia dñi
pape p'sente legato Roma. sedis. vt.
xvj. di. vj. l'p'ij. di. c. ij. r. j. q. vj. cōueni-
entibus. Sed hūz. Jo. r. Lau. scripse-
runt cōtrariū dicentes legatū Roma.
ec. cōcilium celebrare non posse nisi
ad hoc specialiter destinetur vel nisi
hoc ei specialiter cōmittatur. et fin in
telligunt oīa iura inuuentia legatus

4

concilium facere posse. talis em lega-
tus facere potest cōcilij gñale. si de
generali ei specialiter fuerit inuocati
vel particulare si de particulari. et hec
opinio duplici rōne munitur. Una qz
p'iuilegium de cōcilio congregando
sibi romanus pontifex specialiter re-
seruauit. vt. ij. q. vj. Ideo et alia quia
mandata iurisdictione generali non
transit potestas cōcilij faciendi. vt. ff.
de officio eius cui man. est iurisd. l.
ij. Sed impugnat vnica et vrgenti ra-
tione. nam metropolitan? et p'imas
faciunt sua concilia puincia. et par-
ticularia p'prio iure. vt. xviij. di. c. j. et
disti. xij. si quis eps. vocatis suffraga-
neis. vt. xvij. di. in multis. c. ibi posi-
tis. r. j. de accusa. r. inq. si. sicut olim. r.
eps facit suam synodum cpalem cum
suis clericis. vt. xrvij. di. quando. et
xij. q. ij. placuit. r. c. eps. nunquid ergo
his oibus inferiori erit legatus. Ros-
manē ecclesie in potestate concilij ce-
lebrandi certe non. poterit igitur le-
gat? cōcilium facere particulare vel
puinciale cum episcopis puincie
sibi decre. et in eo cōstitutiones ede-
re et statuta que ppetua crunt. vt. j.
eodem. c. vltimo. Non obstat. c. supe-
rius alleg. ij. q. vj. idē nāz illud intel-
ligo in concilio generali vel vniuersa-
li qd fieri habet vocatis epis diuersa-
rum puinciarū. Similiter nō obstat
lex alleg. ff. de officio eius cui m. est
iurisd. nam illa loquitur in alio con-
cilio vel in cōcilio in quo. s. agitur de
auctoritate manumittendi que non
transit mandata iurisdictione a p'esi-
de v'ibi dicit. qz nec mandante p'side
alius turore dare vt insti. de aul. tu-
to. r. aul. l. nec mandare. secus in iur-
bente. vt insti. de aul. tuto. §. si hoc
iure. differt em iussus a mandato. vt.
C. qd cum eo. l. etiam. r. l. si mādator.
Iulius em imporat necessitatem. vt
in autē. vt nullis iudi. §. r'hic p'o iur

benus. col. ix. mandatum. liberā ob-
sequij prestationes. vt insti. manda-
§. mandatum. Nam mandatū ex offi-
cio et amicitia trahit originē. vt. ff. mā-
da. l. j. §. j. vel loquitur de cōsilio vel cō-
cilio in quo agit de approbanda vel
reprobāda causa manumissionis fa-
ciende a minore. vt. annos. vt. insti.
ex quib. ca. ma. pos. vel non pos. §. ea-
dem. ¶ Item pñr legati conferre bñfi-
cia q inueniunt vacātia i puincia. r. ec-
clesias vocantes de rectoribus ordi-
nare siue illi ad quos ius pñer con-
ferendi iam illud aduenerint. vt. d. de
supplen. neg. prela. litteris. siue nō dñi
nec impedit legatū collationē ius pa-
tronatus derico pertinens dericat?
ratione. qz cum plus iuris habeat in
conferendo prelatus et hoc nō impe-
diat legatum conferre volentē qd pa-
tronus in pñtando hoc minus impe-
diat. vt. j. eodē ti. dilectus. secus autē
si ius patronatus spectet ad dericū
siue laycum patrimonij iure. vt. j. de
iure patro. cum dilect? ¶ Minus em
potest abhorere legatus ius p'mo-
niale aliorum qd ecclesiasticū. nec ob.
his que dicta sunt. j. de appel. c. j. illa
em decre. non loquit in legato trans-
misso ex latere dñi pape. Sz in eo qd
p'iuilegio ecclesie sue fungit legatio-
ne qui liberam collationē nō habeat
ecclesiariū illarū. in qbus instituendū
ius vel pñtandi ab alijs possidet tē-
pore faciendi alterutri a iure idulso
nondū ciaplo. ¶ Durat autē iurisd. 6
no legatorz qd diu durat ip's cis a su-
periore p'fixum vel quādiu nō fue-
rint reuocati. ¶ Finitur autē iuris-
dictio quatuor modis. Tpe. si tēpore
fuerit legatio limitata reuocatione.
sed tunc finitur legatio nō iurisditio
in causis iam cepis quas etias post
reuocationē potuerit p alios termi-
nare. vt. j. eodem titulo. c. vlt. Itē mor-
te alterutrius. i. mittentis vel eius q

5
Bñfi-
cia q
pñr cō-
ferre
legatū

6

7

missus est. Sed in hoc casu mortuo mittentur si delegatio firmatur iurisdicio tamen non finitur in negocijs inchoatis et idem puto cum tempore legatio terminetur. Nec obstat. §. titu. proximo consuluit illa enim loquitur cum cause cognitio tempore limitatur: secus ubi legatio ut dictum est. ¶ Item finitur legatio per egressum quod intelligo cum legatus fines legationis egreditur non egressurus. nam si egreditur statim regreditur iurisdicio intermittitur non finitur. quia nec egredi videtur. ut ff. de diuor. l. diuortius. ff. de in rem verso. si pro parte. §. versus. Sed si per egressum legatio finitur durat tamen iurisdicio demandata in causis iam ceptis ante egressum ceptas autem causas et per hoc iurisdictionem perpetuam intelligo. si per solam citationem. ut l. eo. tit. c. vlti. et §. titu.

8. pri. gratum. ¶ In summa et notandum est quod legatus in legatione fungitur et quod inuigilare debet non his que sua sunt sed que Jesu Christi salutis et edificationi clericali ac populi insistere. nec in procuratoribus grauare subiectos. ne longi temporis questui breuis hora consumatur. ut §. de censibus. cum apostolus. Prandia ipsius non sunt enoria sed finis modicitatem vniuersi usque loci. ut l. q. iij. c. vlti. Si agens ut nulla ecclesia seu laici se indebite pregrauari rationabiliter conqueratur. ut §. de censibus cum instantia. §. sane. paratur coniungi. ecclesias in procurando que per se singulariter non sufficiunt procurare. ut eo. decre. cum instantia. §. si vero. §. de prescrip. acc. edes. res. de talibus quidem contributis licet viuere non de symbolis vel conferrijs. ut l. iij. di. non oportet. et c. non liceat pro. et ut breuiter transcam si in apostolorum loco sunt legati non solum sermonem eorum imitantur sed conuersationem et abstinentiam. ut l. xxy.

distin. ecclesie principes in §. alia que circa materiam istam dicenda videbuntur. dicam competentius. §. de censibus. ¶ Item notandum est quod legatus transmissus ex latere omni pape in quatuor excedit legatum in priuilegio ecclesie sue fungitur legatione. Primo quia presente transmissio alio ob reuerentiam maioris non exercet legationem. ut §. c. volentes. Secundo in absolutione excommunicatorum. ut no. §. eo. tit. §. officium. Tertio in collatione ecclesiasticarum vacantium. ut no. §. eo. dem tit. §. Item possunt legati. Quarto in procuratoribus. Non enim ita procuratur ille qui ordinarius est et in domino sua consistit sicut transmissus. Qualiter autem ordinarius procuratus sit dicam. §. de censibus. ¶ Item legatus qui de latere domini pape transmittitur excedit legatum qui transmittitur sed non de latere qui transmittitur in vno. si in absolutione excommunicatorum ut superius dictum est. §. officium. et forte in alio. quia non inuenio quod legatus priuilegio ecclesie sue non exerceat legationem suam. nisi prius legato ex latere domini pape transmissus. de tali enim loquitur. §. eodem titulo. volentes.

De officio ordinarij. Rubrica.

Item supra de officio delegati legati. restat dicendum de officio ordinarij. et id subijciatur hic Rubrica de officio iudicis ordinarij. ¶ Videamus igitur primo quis sit iudex ordinarij. quod sit officium iudicis ordinarij. que potestas. et quibus modis impediatur ordinaria iurisdicio vel finitur. ¶ Ordinarius iudex est qui

a collegio eligitur et a superiore confirmatur. ut electus in episcopus. qui per confirmationem sortitur iurisdictionem in omnibus preter ea que maiorem discussionem requirunt. et munus consecrationis requirunt. ut §. de electio. transmissam. Sunt igitur ordinarij plati ecclesiarum. ut §. eo. tit. cum ab ecclesiis prelatis. qui a collegijs eliguntur et a superioribus confirmantur. ut supra predictum est. Hoc enim fallit in duobus casibus in quibus electus ante confirmationem administrat et iurisdictionem exercet. In electo in summum pontificem qui statim administrat et hoc ideo quia superiores in maiori non habent. ut l. xxiij. dist. in nomine Domini. §. de electis. Item fallit in electo concorditer ultra Italiam constituto et romane ecclesie immediate subiecto. in quo hec tria faciunt quod in alijs operatur confirmatio. preter actus alienandi. ut §. de elec. nihil in §. et §. hoc intelligo. §. de iudi. decernimus. xv. qd. iij. c. j. sunt ordinarij electi ab vniuersitatibus vel corporibus laycorum. ut in aut. de defen. ciui. §. nos igitur colla. iij. c. de iuris. om. iur. l. vi. ¶ Ordinariam iurisdictionem confert consuetudo. ut c. de emancipa. l. j. argu. l. qd. iij. conquestus. quod intelligo in consuetudine prescripta vel in ea cuius memoria non existit. ut no. §. de offi. archi. circa fin. illius. Confert etiam ordinariam papa vel princeps qui est lex animata. ut in aut. de consul. in §. vnde quo ad iurisdictionem ordinariam conferendas equi pollet lex animata et inanimata. et sic intelligo. ff. de iuris. om. iur. l. et quia. quod verum est cum papa vel princeps non vnam vel duas vel et causas alii committit. sed vniuersitatem causarum. vñ camerarium. vicecancellarium audito rem contradicendum. et auditorum camerariorum ordinarios puto.

¶ Hoc autem in qualitate iudicis ordinarij attribuitur. et dicitur. scilicet. cras. discretio fama. et dicitur de ne sit suus. ut l. ij. q. vñ. §. tria. Seruus ne sit femina. ut l. xxiij. q. vlti. mulierem. Et res requiritur. ut sit maior. x. annis. ut ff. de arbitris. l. cum lege vel ad minus xvij. ut ff. de re iudi. l. quidam consuebant. et hoc locum habet etiam in delegato. ut §. de officio delega. cum vice finum. Discretio. ne careat iudicio. id est discretionem. ut l. iij. qd. vij. §. tria. Fama ne sit criminolus. l. infamis. ut l. ij. q. vij. infamis. §. tria. Infamia tamen licet faciat ne ordinarius possit iudicare de merito vite. finia tamen in famis iudicis vel criminosis tenet. nec repellit potest ordinarius propter talia a iudicando donec tolleratur in officio suo. ut l. iij. q. iij. nonne. Sed delegatus potest repellere per exceptionem. ut §. de rescrit. falsitatis. ¶ De episcopis dubitatur an sit ordinarij iudices et immediate monachorum vel monachi medios habeant. scilicet. abbates quibus demum negligenter iurisdictionem suam possint in monachos exercere. Et est dicendum quod si ad abbates spectet claustralis correctio. ad episcopos tamen pertinet iudicium tribunale. c. de eme. propin. l. vna. c. de patria potestate. l. ij. et §. eo. quanto. et l. xj. q. j. de persona. c. de epis. et der. in aut. et que sit cum monacho. in aut. apud quos opus monachi dicere. §. j. coll. vj. vbi dicitur quod prima correctio monachorum pertinet ad abbates. quia hoc est generale ut quilibet platus in suos subditos sua iurisdictione prout. siue sit abbas siue sit prior. ut §. de emuni. ec. non eo minus. §. de maio. et obe. cum in ecclesijs. Sed eis non corrigentibus vel forte corrigere non valentibus succedunt episcopi. ut §. eo. tit. quanto in hiis locis dico quod episcopi sunt ordinarij monachorum et si habeant medios

Episcopi autem sunt ordinarij iudicis ecclesiarum monachorum.

4 coadiutores. ¶ Item queritur etiam
de metropolitano an sit iudex ordi-
narij in tota puincia quo ad epis-
copos suffraganeos quo ad suffra-
ganos suffraganeos subiectos. Sed habet me-
iudex gradum cause deferuntur ad eum ab
audientia suffraganeorum suorum.
quia per appellationem quicquid per
quellat per alios modos vt. ix. q. iij. c.
ij. 2. iij. S. vero que statum prouin-
cie contingunt ad metropolitanum
pertinent vt. ix. q. iij. archiepiscopus
est igitur ordinarius competens iu-
dex episcoporum suffraganeorum. vt
ij. q. vij. metropolitano. x. q. iij. q. co-
gnouimus. In autem de sanctis. epif. §.
si autem. Eorum autem qui suffraga-
neis sub sunt iudex ordinarij. sed
non competens. nisi in certis casibz.
vt. j. e. ti. pastoralis i. prin. §. in. vij. ca-
sibus. Primus est casus per appellatio-
nem deferuntur ad eum aliquo nego-
cio. vt. j. eo. pastoralis. Secundus
cum per consulationem. vt. xvij. dist.
multis. Tertius cum per negligentiam
episcopi. vt. ix. q. iij. cum sumus. j. eod.
ti. c. ad. reprimendum. j. de sen. ex. p.
tuas. §. de offi. delega. prudentias. §.
sextam. Quartus casus per discrepatio-
nem in officijs. vt. xij. di. de his. Quintus
per questionem inter episcopos
subiectum ipsius vt superius dictum
est. Sextus per episcopalis ecclesie va-
cationem. vt. xj. q. ij. non liceat alicui
metropolitano. Septimus per duo-
rum contentiosam electionem. vt. lxxij.
di. c. vitimo. Octauus generalis. §. si
prius consuetudo plus ei contulit in
antiqua. vt. ix. q. iij. conquestus. j. co.
ti. duo. ¶ Sed queritur an episcopus
eodem modo se habeat circa subdi-
tos suorum prelatorum quos habet
sub se in sua dyocesi. vt cause subdi-
torum per illos prelatos medios qua-
si per gradum transferantur ad eum

sicut dictum est. §. in metropolitano. re-
spectu suffraganeorum. Rursus non
omnes enim cause clericorum apud epis-
copos quasi apud maius tribunal tractari
debent. vt. ff. de iudi. l. iudicium. xj. q.
ij. qui resistit. 2. q. j. de persona. lxxv.
di. perlectis. §. de offi. archi. cum satis
in autem vt clerici apud proprios epis-
copos prius conueniantur coll. vi. §.
iohannes 2. quidam alij dixerunt. q. si prela-
ti inferiores ab episcopis per electio-
nem confirmationem seu per consuetudi-
nem habeant ordinarij iurisdictionem
episcopus non potest cognoscere de causis
subditorum suorum nisi per appellationem
vel alio legitimo modo transferantur
ad eum. vt in metropolitano superius
dictum est. sed circa hoc consuetudines
antiquas approbatam attendit sicut
plurimum in consimilibz dico. Saluo tamen
eo quod notauimus. §. de abbatibus circa mo-
nachos. ¶ Officium prelati vel ordi-
narij iudicis est curam habere sub-
ditorum. vt. vij. q. j. qui episcopi. singu-
los per posse iuuare. singulos releua-
re. vt. vij. q. j. denens. Item largam ma-
nus non habeat necessitatem patientibus
cum curat alienam inopiam suam credat.
vt. lxxvj. dist. in. fratre nrm. Aulterius
scelera inquirat. 2. l. c. scilicet. vt. j. eo. tit.
c. j. si fuerint iudicario ordine copro-
bata. alioquin occultos delinquentes
non nominatim sed inde terminare
arguet. vt. j. eo. ti. si sacerdos. Condo-
lebit eis quos punit. nam vera iusti-
cia compassionem habet. falsa autem dedi-
gnationem. vt. xlvj. di. vera iusticia. lxxvj.
di. hoc habet proprium. manus suas de ser-
uare mudas. nullum contingere iuratum
vt. i. aut. de man. pri. §. opz. col. iij. iur-
ta illud. Si incidit re iudice dirigere li-
bera. Iudicij. nec flectat amor. nec mu-
nera palpent. Dumus. enim a norma
recti distorquer acumen iudicis. 2. ter-
ra inuoluit caligine mentem. Et alibi.
Quod non mortalia cogis auri sacra

fames. Immo qui recte iudicat 2. p-
miu remunerationis expectat frau-
dem in dolo perpetrare quod iusticia qua
gratis impartiri debuit acceptione
premiu vendit. vt. xj. q. iij. qui recte 23
tamen aduocato vendit iustum patrocini-
um 2. assessor iusti concilij. vt. xj. q.
j. no. d3. xij. q. v. no. sanet spe premio
rui inuitatus est assessor. vt. C. de as-
sessor. l. j. salarium de habere. vt. ff. de
offi. assessor. l. diem. funcro. ¶ Sed de
expensis iudicium videamus. Item est

6 de ex-
pensis
iudic. certum quod legati erigunt suas cura-
tiones vt diximus. §. fin. pri. delega-
ti licite possunt expensas. necio min-
gratis iudicant. nam 2. retribus pui-
det in expensis. nec ex hoc minus gra-
tis retribuant. vt. iij. q. iij. §. Item in cri-
minalibus inuersi. vt. iur. §. Nemo enim
tenet proprijs stipendijs militare. vt.
j. de symo. c. si romana. lxxvij. q. j. si
nihil in fine. ¶ Munera autem prohibent
non sumptus. vt. q. j. iudices. Unde li-
cite sumit et auferunt 2. poculentum. vt.
ff. de off. p. l. plebiscito. 2. modica en-
cenia non sustinenda. ita vt negotia neq-
sepe neq- nulla. neq- nisi a quo-
libet neq- a nemine accipiat. sed hoc
torum cum moderamine discretionis sa-
ciat. vt. ff. de offi. p. con. l. no. solent. §.
penul. 2. l. vi. vt litigantibus omnia gra-
uia non infligant. vt. x. q. iij. illud. ¶ De
ordinarijs autem videtur quod non debeat
habe expensas. cum certa sint et stipendia
constituta. vt. xij. q. j. militare. Im-
mo cum p. fici scilicet illa expendere de quo
mi expenderet. vt. in aut. de man. prin.
§. illud. Sit igitur contentus his qui a sis-
co prestant. vt. in aut. iur. iuran. quod
p. sta. ab his colla. ij. Certe tamen casus sunt
in iure expressi in quibus ordinarius li-
cite potest sumptus in consecrationibus
ecclesiarum. 2. in visitationibus.
vt. j. de symo. c. si romana. j. de ce-
libz sopite. 2. j. de prescrip. cum ex offi-
cio alias nihil petet. nisi quod a iure

expressum est. vt. lxxvij. q. ij. hoc tamen. De
consuetudine tamen tamen prelati qui priuati
cum eis commissis p. ficiantur exigit
omnes expensas. nec 2. dicit. §. de vitat. ho.
de. cum ab omni. Illa enim non interdi-
cit sumptus. sed consuetudinem de certa
pre litis. que interdicit perarari vt
ff. de pac. l. sumptus. ff. m. l. salarium.
C. de procu. l. m. l. si licitum. qui iter
dicit 2. fideiussori p. mittendi iudica-
ti solui. vt. ff. man. l. si remunerandi.
§. vlti. ¶ Potestas ordinarij potissimum
me circa tria versat. correctionem. iudi-
cium. 2. ad aduersationem 2. his verbis satis
conueniunt verba canonis. coherce. cor-
ripi. excoica. de grada. vt. xxiij. q. iij.
forte in fin. coherce monendo. cor-
pe suspendendo. 2. habet locum hic or-
do cum quis puniendus est per cotuma-
cia. secus si pro crimine. tunc enim pe-
na incipit de gradat. finit in excoicat.
ne. vt. lxxvj. di. dictum. §. de iudi. c. si no. ab
hoiet. 2. iur. di. honoat. alio tamen
ne. 2. finit in depositis. vt. lxxij. di. quod
da. 2. lxxij. di. honoat. alio tamen
vlti ap. l. s. Argue. obsecra. increpa. in
o. p. acientia 2. doctina. Argue de pec-
cato. obsecra per iusticia seruanda. in-
crepa timore diuini iudicis comman-
do. sed hec locum habent in occultis pec-
catis in iudicio aie. vt. ij. q. j. Si pec-
cauerit in fine. Debet autem iudex in cor-
rectione beniuolus esse. vt. xlv. di. l3. i
iudicio iustus. vt. ij. q. vij. iudicet. in-
aia duentem misericors. vt. xlv. di. §. a.
¶ Impedit autem iurisdictionem ordinarij
per suspensum ordinarij ab officio suspen-
dat. ite per excoicationem quod suspensum ab of-
ficio itelligo suspensum ab ordinaria potestate
re. 2. excoicatus excommunicare non im-
potest. vt. xxiij. q. j. audiuimus. nec
alias iudicare. vt. j. de sen. 2. re iudi.
ad probandum. Si vero ordinarius
sit alias in mortali crimine consti-
tutus. tamen de merito vire iudicare non
possit. vt. ij. q. vij. qui sine peccato ius

8
Ordi-
pris
circa
tria
sistit.

9
Juris-
ordi-
quali-
impe-
diat.

dicet. &c. sequentibus. de potestate
tamen iurisdictionis potest qd diu fue
rit tolleratus iudicare. vt. fr. q. iij. nō
ne. ¶ In his autem casibus impeditur
iurisdicō ordinarij. In specialib⁹
vero in negocijs impeditur per alios
modos prater suspensionē & excom
municationē. s. per appellationē
recusationē & relationē. ad supio
rē negocij reuocationē. per alij factā
omissionē. & p alios semodas q̄s no
tare potest quilibet studiosus. ¶ Si
nitur autem iurisdicō ordinaria
quo ad personam quatuor modis.
morte. dispositione. translatione di
gnitatis renunciatione. quo ad per
sonam ideo dicit qz vacare ecclesia lo
caliter & casualiter de consuetudine
residet iurisdicō ordinaria penes col
legium. vt. f. de ma. & obe. cum olim. f.
de here. ad abolendum. vij. q. j. pōt
fices & ar. s. de cōsuetu. cum inter vos
& j. eo. irrefragabili. non tamen in oī
bus qz non in collationibus preben
darum. vt. f. i. ne sede va. illa. bene aut
dicti de consuetudine nam alias de iu
re communi soli prelati qui per ele
ctionem assumuntur iurisdictiones ha
bent. vt nota. s. e. ti. in prin. ¶ In sū
ma notandū ē qd si superior man
der ordinario. vt ei faciat quod alias
ex officio suo facere posset. ordinari⁹
non semper id exequitur vt delegat⁹
ratione mandati. sed plerunqz vt or
dinari⁹ iure ordinarie potestatis. vt.
f. eo. ti. licet. & c. graue. sepe enim or
dinarij procurant sibi mandari ea q̄
ipsi suo iure facere possint vt cū maio
ri libertate & excusatōe eadē exequat⁹
vt. xj. di. q̄s nesciat. ¶ Itē sepe supe
rior non intendit committere. unde
ei cui scribitur non imponitur neces
sitas suscipiende cognitionis sed po
test si uult cognoscere. potest etias al
teri delegare. vt. ff. de offi. presi. l. se
pe. sicut & cause appellationum cum

remittuntur ad examen priorum iudicum non committuntur. vt. j. de appella. vt. debitum honor. † Que autem ad ordinariam iurisdictionem pertineant legitur. j. co. tit. conquerente. Sclent tamen distingui due leges q̄ bus ecclesie subsunt episcopalis l̄r iurisdictionis. Zc̄r dyocesana in his cōsistit. in cathedratico exigendo. J̄tes in tertia vel in quarta oblationum. Itac lege subsunt omnes ecclesie p̄ter monasteria. vt. xj. q. ij. cum p̄tulerat. x. q. iij. inter cetera. xvij. q. ij. q̄ fit. Appelle tamē monachorum subsunt huic legi. vt. j. co. tit. conquerere. xvj. q. ij. statuedum. nisi monasteria essent exempta cum capellis suis vt. j. de p̄uile. quoniam. z. c. cum capella. zar. xvj. q. ij. visis. j. de capel. mo. i ecclesijs. Zc̄r iurisdictionis est quoddam ius ex quo episcopus habet cōferre omnia sacramenta. cognoscere de causis coercere delicta. Itac legi subsunt seculares ecclesie z monasteria. vt. l. di. accedens. xvij. q. ij. hoc t̄tum. xvj. q. p̄ia. interdicimus z omnes capelle. vt. j. co. conquerente z ecclesie s̄re i dyoce. vt. xvj. q. j. omnes basilice. Quis autem dixerim monasteria exempta a lege dyocesana. seruitia tamē que ab antiquo prestare consueuerunt prestabunt. vt. xvij. q. ij. seruitium. z censum statutum. vt. xvij. q. ij. elcuthernus. hoc etiam notabis q̄ licet distinguam duas leges dyocesanam iurisdictionis. frequenter tamen vna ponitur pro altera. vt. j. de rescrip. auditis. j. de regul. z trāseunt ad reli. ex parte. j. de in integ. re. auditis exigit igitur episcopus ecclesijs siue dyoce. p̄ter monasteria sicut dictum est cathedraticum siue synodaticum. Vocatur autem cathedraticum eo q̄d hominem cathedre soluitur. synodaticum. q̄ frequenter venientes ad synodum soluunt.

quantitas cathedratici vel synodali
ci erit de iure duorum solidorum. v. r.
x. q. ij. placuit. f. eo. ti. conquerente. t
erunt vsualis monere. vt. ff. de legi. l.
nuptis. verius puto. vt tam in qua
13 titate q̄ i qualitate pecunie inspiciat
tur consuetudo. ¶ Deo cesani annuis
vicibus suas dyoce. visitrent. vt. x. q. j.
decernimus. vel plures si necessitates
vel utilitas exegerit. vt. xvij. q. ij. visi
tandi. et non semel in visitatione sua
faciant qđ doceat. x. q. j. placuit. Szt
si viderint aliquos admodōs pote
rūt amouere. vt. s. de refo. dilect. s.
cum in monasterijs officijs visitatio
nis impendunt non introducunt se
cum clericos seculares nisi duos vel
tres. tillos in decenti habitu. vt. j. e.
ti. vt iusta. ¶ Item norabis qđ p̄tē
14 absolucndi excommunicatos propt̄
injectionem manum in clericos vio
lentes qui ex officio cōperit ordina
rio i spcialibus casibus potest alie
ri delegari. vt. j. eo. rit. c. vlti. hoc ideo
dico qz potestas absolucndi tales ex
communiōne. competens alteri com
mitti non potest. vt. s. de officio dele
ca. vlti.

De officio iudicis. Rubrica.

Rractatū est
supra singularit de of
ficijs dignitatum 2 de
off. iudicum. 7 quid ad
singulos pertineat ra
tione officiorum. quid ratione iurisdic
tionis delegare vel ordinarie. hic au
tem iudicium inter in determinate. tra
ctatur de officio iudicis. nec exprimi
tur cuius delegare vel ordinarij. eo q
quedam de quibus sub rub. tractat
communiter sunt culibet iudici rati de
legato q ordinario. vt dare advoca
tum non habet. vt. j. ca. c. j. restitu

relefos quod commune est ordina
rior delegator. vt. j. de in inte. resti. ca.
pen. C. vbi apud quem in inte. resti.
posthu. l. vlti. z propterea sic simplici
ter intulatur Rub. de officio iudicis.
¶ Cideamus igitur quid sit officiu
iudicis in quibus locum habent. Itē
quando deferuiat actioni. ¶ Quando
implorezetur intentez loco actōis.
¶ Officiu iudicis est potestas iu
dicis a iure sumpta. habet auez lo
cum officiu iudicis tam in his que
ante iudiciu sunt sunt tamen iudi
cij preparatoria q̄ in his que in iudi
cio faciēda occurrunt. ¶ Ante iudi
cium vt habeat publicam personam
si potest. aut duos viros idoneos qui
fideliter vniuersa iudicij acta cōscri
bant vs citationes dilationes &c. vt.
j. de proba. quoniam contra falsam.
L. circa edicta mittenda ad loca in qui
bus rei morantur vt. j. appel. cum pa
rati. j. de dolo. z contu. c. olim. subue
niri possunt. vt. j. qui ma. accu. pos.
re latum. alioquin mittunt ad domos
vel ecclesias eorū. vt. j. de dolo. z con
tu. causam. ff. de lib. agno. l. j. in prin.
ff. de dan. infect. l. iij. §. p̄tor. xvj. q.
iij. §. potest in ver. is autē. j. de dol.
z contu. contingit. z. c. vlti. j. de de. non
re. ex t̄ne denunciabit cognatis tami
as vt absentem defendant vel venire
procurant. ff. ex quib. cau. ma. l. ergo.
ff. quib. ex ca. in posset. cat. l. hic autē.
j. qui si. sint le. p̄latum. ¶ Circa dilarō
nes indulgēdas pro conditione cau
setemoris vel persone vbi his confi
deratis iudex ordinem edictorum vlt
pendiu modaretur. vt. ff. de iudi.
l. nonnunq̄. z vt per eas delegati
iurisdicō nūmum non. arceatur. vt.
§. de officio. delega. consuluit. ¶ Ut
principales persone in iudicio com
parent non per aduocatos sed per
seipsos factum proponant. nisi for
te adeo fuerint indisereti. vt eorum

defectus de iudicis licetia per alios
suppleatur. vt. j. de iudicis pastora-
lis. Ut porrigantur libelli apri et con-
ueniētes rei de qua agitur. alioquin
iudex ex officio suo repudiet vel as-
fessor. vt. j. de iud. examiata. ff. si mes-
sal. mo. dixit. l. j. §. si autem. C. vt ne-
mo prius. predij suis. vel alie. titu.
impo. l. j. in fi. et ff. de assel. l. j. vel qd
sine scriptis agatur in spalius cas-
bus quos notabo. j. de libel. obl. Jtes
vt per narrationem actoris et respon-
sionem rei fiat contest. lit. vt dicas. j.
de lit. contest. c. j. C. co. titu. l. vna. ni-
si agatur causa denunciationis vel in-
quisitionis in quib⁹ nec libellus por-
rigitur nisi sit contestatio litis. vt di-
cam. j. de accu. in qui. et denun. Item
vt iuretur de calumnia et de veritate
dicenda. vt. j. de iuramē. calum. Jtes
vt fiant positiones partium et inter-
rogationes iudiciales. Item vt pa-
2 tientes audiat aduocatus. vt. ff. de
offi. procon. l. nec quicq. §. circa. j. Ut
suppleat defectus aduocatorū in iu-
re. vt. C. vt que defunt aduoc. par. iu.
sup. non autem in facto suppleat ni-
si de facto iudici liqueat vt iudici et
post lit. contesta. Exempla de appel.
l. ampliozem. C. de tempo. appel. l. ij.
§. vltimo. Ideo autem ante lit. contes-
t. iudex de facto supplere non potest.
qz ante lit. cont. oia constant iudici.
nō vt iudici. sed vt priuato. et ideo di-
ci consuevit qd ea que ante lit. contes-
tingunt non pntent ad officij iu-
dicis. vt. ff. de edil. edic. l. ediles. §. itē
sciendum. fallit in casu. Nam iudex
ex off. cio suo repellit pcuratores mi-
litem. eniam aduersario suo tacente.
vt. ff. de procura. l. filius. §. veterani.
C. de procu. l. militem. Sed illud cō-
tingit propter publicam vtilitatem
nō obstat his que dicta sunt lex que
videt velle quod iudex suppleat de
facto et ante lit. cont. vt. ff. de per. he

re. l. vtr. nā qd ibi dicitur et si nō ex-
piatur. exponendum est sic. si non ha-
beat locum doli exceptio. satis tñ cō-
sultur officio iudicis. et sic intelligi
suppleri de facto et post lit. contest. §.
de p. sue. c. vlt. j. de sen. et re iu. c. i. b. v.
toldus. j. de p. ces. p. ce. et parte sup-
pler aut iudex et ante sniam opponē-
do aduocatis et querēdo a pibus. et si
cur melius pōt vtz inuestigando. vt
p. r. q. vlti. c. vlt. supplet et et post sen-
tētiā. vt in fructibus. vt. ff. de re iudi.
l. paulus. ¶ Item locū hys iudicis of-
ficiū in oibus que post lit. contest. ac-
cidunt circa rem petita vel oringunt.
vel si fructus ex ea piciantur vel dō-
num in ea detur. siue p. cium rei peti-
te ad possessorem pueniat vel aliqd
loco p. c. que post lit. cont. accidit
valde pertinet ad officij iudicis. vt
ff. de rei ven. l. nō solum. et. l. Jtes si ver-
beramus. §. j. et. c. de rei ven. certū est
insti. de offi. iudi. §. post inchoatas. et
§. eo quo p. noie. ff. de edi. edic. l. edis-
les. §. sciendum. ff. de aqua plu. ar. l. si
territus. §. officij. et. ff. de vfu. l. ij. Jtes
in dolo vel culpa seu negligentia ad-
missa post lit. contest. sicut multis p-
batur exēplis. vt. ff. de rei ven. l. quod
petitori. §. j. ¶ Jtes iudicis officio sit
delatio iuramēti circa quantitatem ex-
p. sarum. vt in aut. de iudi. §. opz col-
la. vj. in quantitate dānorum. vt. j. de
his que vi me. ve causa. fi. c. vlt. C. vñ
de vi. l. si quādo. ij. qdne. j. in p. mis.
¶ Jtes ex officio iudicis defertur iu-
ramētum. quādoqz actori. qñqz reo.
inspectis psonarum et causis archistā-
rijs. vt. j. de iurciurā. c. vlt. de qua ma-
teria plenius tractauimus. ¶ Item
vt certam ferat sniam p. iur. potest.
vt. ff. de iudi. l. de qua re. et insti. de
actio. §. curare. ¶ Jtes vt snias execu-
tionū demādet si egeat executione. nā
si in rei vēdicatōe p. n. i. c. i. a. r. p. posses-
sore p. tra petitorē absoluet possessor

nec est opus alia executione. si autē
contra possessorem pronunciauerit.
iubebit eum rem restituere cum fru-
ctibus. vt. ff. de rei ven. l. ex diuerso.
§. vbi autem. Sed si possessor neger
se in p. senti restituere posse et sine fru-
statione videbit tēpus restituēdi cā
petere indulgēdiū est ei. vt tamē ca-
ueat de litis estimatōe cum fideius-
sore si intra tēpus quod ei datum est
nō restituat. vt insti. de offi. iudi. §. j.
In p. nali autē actione debet p. nū-
ciare absolueōdo vel p. dēnando. vt. C.
de sen. et interlo. om. iul. p. s. ens. nō
refert quibus verbis utatur. nā siue
dicat absoluo. siue dicat. mihi videt
ticiū nihil debere seyo. Item siue
dicat p. dēno in decem siue dicat. p. ci-
p. o. seyum dare decē. vel equipollen-
tiaverba valer snia. vt. ff. de re iu. l. in
snia. de arbi. l. qd tamē. §. sed arbit-
r. de verbo. signi. in his. In his igitur
et p. similibus de quibus exempli gra-
tia aliquo super littera ipsa notauit.
iudicis officium ante litem contest.
actioni deseruit sicut mercenarius et
minister. et in tali implo. ratione offi-
cij non est faciēda litis cōtestatio. eo
qz facta vel faciēda est in principali
aut per implorationem officij deser-
uitur. sicut alias dicitur non esse fa-
ciēda litis cōtestatōem in causa ap-
pellationis si facta est in principali.
vt. j. de appel. per tuas. Aliquādo de-
ficiēte actione cum nulla competat
actio ad hoc quod intenditur implo-
ratur iudicis officij. et tunc succedit
loco actionis l. non sit actio. vt cum
perit in integrum restitutio a ma-
iori vel minori nō distinguo. vt. ff. de
mino. l. quod si minor. §. vlti. In hac
igitur imploratione officij que loco
actionis succedit et procedit vt dictus
est erit faciēda litis cōtestatio. vt. j.
eo. ti. c. h. in prin. Item imploratur of-
ficiū iudicis principaliter ad interpo-

nēdum cautionem. id est hoc solū agi-
tur et petitur vt caueatur. vt cum pe-
tar legatarius sibi cauere. delegato p-
stando. vt. C. vt in pos. lega. l. j. vt cum
vicinus petit sibi cauere de damno in-
fecto ab eo cuius domus minas rui-
nam. vt. ff. de damno infecto. l. p. teror
ait. §. ei. et. l. oies. §. hoc aut. Incidens
ter aut agitur de cautione interponē-
da iudicis officio. vt ecce agebat rei
ven. coram iudice et re vfu capta post
lit. contesta. ubet iudex cauere a reo
qd non impignorauerit vel nō manu-
miserit si seruus vendicabat. vt. ff. de
rei vendi. l. si post susceptum. vel agi-
tur pigno. acti. iudex incidēter ubet
creditorē cauere de dolo. vt. ff. de p. i-
gno. act. l. creditor vbi ergo iudicis of-
ficiū principaliter intērat nec de alio
agitur nisi de eo qd p. officij iudicis
postulatur. libellus. porrigendus est.
et litis cōtestatio faciēda. vbi autē de
aliquo principaliter agit et incidenter
imploratur officium iudicis sup ali-
quo faciēdo sup hoc quod p. officium
petit. litis cōtestatio locū non hz. vt
j. eo. ti. c. ij. et p. p. rera locū officij iplo-
ratio nō habebat. j. de appel. signifi-
cāte. qz cum canonici conuenerint epis-
copij intelligo porrecto libello. taze-
rent p. tra euz petitorio dicētes qd in
macellis eoz carnes vēdi deberent.
vnde eps iniuriōse faciebat vendi in
suis vt dicebat nō poterūt quasi inci-
denter et p. officium iudicis postula-
re qd petebat principaliter p. libellū
s. ius vēddi reduci ad statum anti-
quū nec mouet qd dicit ante lit. cons-
testa. nam idem esset et post lit. cons-
test. et ideo ponitur in littera p. s. ens.
tim. Multa alia exempla poni pos-
sent in quibus iudicis officij implo-
ratur principaliter tam in ciuilibus
questionibus. quam in extraordina-
rijs et minibus puniendis. et in qui-
bus incidenter siue ante lit. contest.

flue post sed sufficiat supiora posuiss
se causa brevis et summarie doctrie.
vñ alibi dicitur officium iudicis latif
simum est. vt. ff. de iurisd. om. iudic.
l. j. eo quod ita late pñt vt exēpla que
ponenda occurrerēt numerari non
possent.

¶ De maiortate et obediētia. Rub.



Mactauimus

supra d' ministris. Et
qz ministrorum. qdaz
sunt maiores quidam
minores. ad hoc enim
dispensationis prouiso gradus di
uersos et ordines constituit esse disti
ctos. vt dum reuerētiā minores po
rioribus exhiberent. et poriores mi
noribus dilectionem impenderēt ve
ra concordia fieret ex diuersitate cō
terio. non effi ecclesia alias subsiste
re poterat nisi huius magnus casus
do feruaret qd celestium malitiarū
exemplar nos instruit. qz dum sunt
angeli sunt et archangeli in potestas
re et ordine differētes. vt. lxxix. disti.
ad hoc. et sicut mēbrozum varietas p
diuersa officia et robur corporis ser
uat et pulchritudinē representat. ita
varietas psonarum p diuersa nō
lominus officia distributa et fortitu
dinem et venustatem sancte dei ecde
sie manifestat. vt. lxxix. dist. c. j. Ideo
post tractatum ministrorū ponitur
hic rubrica de maiori. et obediētia.
In hac igitur rubrica tractat de ma
iortate et minoritate ministrorum et
de obediētia maioribus a minori
bus impendenda. ¶ Videamus er
go quibus ex causis maioritas inrer
clericos attendatur. et in quibz obe
diētia constat. ¶ Maioritas confi
deratur ex quinqz causis. 1. potestas
re siue iurisdictione. ordine consecra

tione. antiquitate prerogatiua ordi
nantis. potestate siue iurisd. qua p
est archidiaconus archiepiscopo. Ma
ioris. vt. ff. de offi. archi. c. j. Ordine que p
est presbyter dyacono. vt. xxiij. dist. le
gitimus in ff. dyaconus subdiaconus
et sic deinceps. vt. xxiij. dist. a subdyaco
no. et hec duo membra probant vno
c. lxxix. dist. ad hoc in ff. Consecratione
qua preest episcopo presbytero. vt. xcv. dist.
olim episcopo. et episcopus cunctis i eccle
sia constitutus. vt. xrv. dist. plectris. An
tiquitate. vt prior habeat q prius fue
rit ordinatus. vt. l. j. co. ti. c. j. lxxv. dist.
ordinationes. ff. de elec. dudus. ad au
diētiā. ff. de albo scri. l. j. Prerogati
ua ordinantis. vt maior habeat qui
a maiore fuerit ordinatus. vt. l. j. co. ti.
p tuas. ff. de albo scri. l. j. et hec om
nia no. ff. de officio archi. in prin. sed
ibi omissum est vnum mēbrum. sc. cō
secrationis qd hic additur. ¶ Obe
diētia vero consistit in tribus. in re
uerentia. iudicio et pcepto. Reueren
tia debetur ei qui pcedit in ordine vt
antiquitate vt. xxiij. dist. a subdyacono
ff. de albo scri. l. j. Ut minor assu
gat maiori. nec sedeat stante maiore
vt. xxiij. dist. non oportet. Ut maior p
cedat. minor sequatur in sedēdo scri
bēdo. vt. xviij. dist. vlti. xviij. dist. bñ qui
dē. ff. de albo scri. l. j. In incedēdo. q
uis i hoc p̄suetudo romane curie cō
trarium seruet. nam minor pcedit
et maior sequitur. Item in consuetis
et honestis seruitijs faciendis. vt. l. j. co.
ti. statumimus. ff. de consi. quoniam sal
lit in duobus casibus. vt cum minor
ordine et posterior tempore maior est
potestate vel iurisdictione. vt archi
diaconus. qui et si inferior sit archiep
iscopo. tēpore et ordine maior tamen
illō censetur et ei ab illo est obediē
dum. vt. xrv. dist. in plectris. Item sal
lit cum minor gerit vicem et locū ma
ioris. vt. xxiij. dist. in vlti. ¶ Obediē

2 Obe
diētia
versa
tur cir
ca
tria.

ria iudici et pcepti debetur ei q pre
est iurisdictione vel consecratione. nā
alias snia a non iudice lata nullius ē
momenti. vt. l. j. de iudi. ar. si clerici. C.
si a non compe. iudi. per totum. et idē
in pcepto. vt. vij. q. j. quia frater. Vir
tus autem siue efficacia pcepti est q
subditus tenetur obedire pcepto
plati sui ex necessitate. aliter peccat
mortaliter imo ar. olust ydolatra iu
dicatur. Obediētia vero victumis iu
re pponitur. qz p victimas aliena ca
ro. p obediētiā propria caro macta
tur. vt. vij. q. j. sciendum. qd intelligo
cum superior precipit licitum et ho
nestum. ¶ Obediēdum est superio
ria clericis in omnibus que ad omni
ni cultus obsequium pertinent vel que
ecclesiastice utilitatis cura peragere
suaserit. vt in palle. c. vij. q. j. qz fra
ter. vñ si precipiat superior aliqd cō
tra deum. non est ei obediēdum. qz
tunc deo magis q homini obediē
dum est. Vñ non semp malus est nō
obedire. et obediētia nō est seruā
da in rebus illianis. vt. xj. q. iij. si ofis
¶ Nunquā em ppter obediētiā ma
lum cōmittēdum est. sed aliquando
os bonum qd agitur intermitti. rj. q.
4 iij. quid ergo. ¶ Sed qd si subditus
ioubiter an sit licitum vel non qd a
superiore mandatur. Respōdeo. i du
bio obediat. nam et si fortasse reū fa
uat superiore iniquitas imparādi. In
nocētem inferiorem ostēdit ordo ser
uendi. vt. xxiij. qd. j. quid culpatur. in
ff. nec mureris. si circa idem manda
tum peccet idem precipiendo. nō au
tem inferior obediendo. nam et hoc
alias contingit. vt. xxiij. questio. v.
manifesta. et c. noluit. et. j. de iureiur.
debitores. Item et si honorosum sit
quod mandatur obediendum est. vt
xix. distinctione. in memoriam. et si in
iusta correctio sit tolleranda est. vt. c.
distinctione. contra morem. et qd dixi

in dubio obediendum. intelligo nisi
dubitatio esset crassa et supina. que
non excusaret vt si superior mander
aliquid qd sit contra articulos fidei.
contra pcepta et prohibitiones. cō
tra generale statutum ecclesie. In ta
libus non excusaret dubitatio. quia
nec ignorantia. vt. xvi. qd. j. si cupis.
Qui em que dei sunt nescierint a do
mino nesciuntur. vnde si quis igno
rat ignorabitur. vt. xxxviij. dist. qui ea.
¶ Sed pone q aliquis duos habe
at iustices. vnus precipiat vnum al
ter contrarius iubeat cui erit magis
obediendum videtur Augustinus p
regula tradere q maiori sit obediē
dum. vt. rj. q. iij. qui resistit. Sed obij
citur de clericis subiectis episcopo q
magis tenentur obedire episcopo.
q metropolitano. vt. l. j. q. iij. p totum.
¶ Obijcitur et de monachis qui ma
gis tenentur obedire abbati q episcopo.
vt. l. viij. dist. c. j. et. ij. Nec episcopo
debet relatare sententias excommu
nicationis latam a plebano. vt. ff. de
offi. ordina. cum ab ecclesiis. Ad
que respondeo. Lānon ille loquitur
quoniam negocium sup quo mādatur
trāslatum est ad superiorē iudicē
p appellationem. tunc ad eū spectat
negocium principale. arg. ff. de offic.
deleg. prudētiā. in fine. et idē maiori
est obediēdum. vel loquitur qd mi
nor habet iurisdictionem a maiori. et
maior reuocat in eo casu in quo pōt.
vt. ff. de iudi. l. iudiciū. et arg. ad idē
C. de offi. recto. prouin. l. porioris. vel
si bñ intelligat ira illius canonis ces
sant obiectiones. nam et hoc
exemplo loquitur de curatore q nul
lam habet iurisdictionem. et si habeat
administrationē loquitur de pconfu
le qui hz iurisdictionem. et ideo ei obe
diēdū. In scdo exēplo ponit de pro
confule et principe. Item de principe
et de deo is quibus casibus incun

q ij

et ante principi contra mandatum p
consulis et deo contra mandatum prin
cipis. est parentum. vt. viij. di. que co
tra mores. in fi. ¶ Unus non obmitto
q mandato superioris oneroso e pa
redum. vt. xij. in memoriam et patie
tissime tolleranda est etia inuista cor
rectio. vt. cdi. contra mores. Et hec oia
locum hnt in duobus ordinarijs iu
dicibus. Leterij si duo sint dele. contra
ria alicui mandantes. tunc locum hnt
decre. de re scriptis. cum contingat.

¶ Quid de virore an peccet mortali
ter fragedo votum abstinencie ad ma
datum mariti. cum maiori potestati
potius parere debeat qua marito vt
superius dictum est. Respondeo. deo
obedit in hoc q marito obedit. quia
hoc facit iuris auctoritate. vt. xxiij.

¶ Quid si epus velit monachum instituire pla
tum in ecclesia seculari. Abbas nolit.
cui magis obediendum est. Respon
deo abbati. vt. xvij. q. j. cum p utilita
te. et c. monachi. viij. dist. c. j. et ij. Nec
obst. xvij. q. j. qui vere. qd em ibi dicit
nisi iubeatur ab ep. suppleo cum lu
centis abbas. Sed fateor q si epus
velit ea necessitate fm vetera iura et
statutum antiquu ecclesie. vt. lv. dis.
piscis. siue hodie ea utilitatis. vt in
c. cum p utilitate. togendus est abbas
consentire et monachum licitari vel
superiorem agendum. vt no. in eo q po
stulatur in epm. si a suo plato no co
ceditur. s. de postula. circa pncipi.

¶ Item si epus vocet monachum ad
se ministerium cubiculariatu nunt
quid potest inuitum inuito abbate
abstrahere videtur quod sic. vt. ij. q.
vii. cum pastoris. Sed puro contra
rium quia hoc est priuilegiu solius
pape quemlibet ad se vocare deri
cum vel monachum. vt. q. ij. per prin
cipalem sed si vocet ad se monachum.
et abbas contradicat. monachus de

bet obedire pape. vt. viij. distinc. que
contra mores. et. ij. questione. ij. qui
resistit. ¶ Item quid si prelatu vo
cet aliquem religiosum ad suum con
iunctum ubi religiosus generalis sta
tura sui ordinis obseruare non po
test. puta prelatu frequenter equi
tat et fratrem predicatorum secum
frequenter equitem ducit cum sit de
generalis statuto ordinis vt nullus ec
cet nisi infirmus. et certe consulo vt
ad castrum propius reuertatur nec
periculum suum exponat commo
dis alienis. vt. xl. distinctione. sicut
non suo. et idem dico in fratre mino
re prelati alicuius camerario consti
tuto cum sit de generali ipsorum sta
tuto vel denarios non contingant.
Satis enim absurdum reputo tas
lium manus ex contractu pecunie ru
biginosas fieri et frequenter infi
stere calculo rationum. quem enim
senseris aut semper aut crebro de
nummis loquentem institorem po
tius habeto quam monachum. vt
xviij. questione prima si cupis. ¶ Et no
ta quod monachi et regulares ma
gis sunt stricti obedire suo abba
ti vel priori tanquam qui renuncia
uerunt proprie voluntati quam de
rici seculares suo episcopo. vt. xij.
questione. ij. non dicatis. s. de offic.
ordi. quanto. Item clerici sunt ma
gis stricti quam layci. argum. lxxj.
distinc. p. matus.

De treuga et pace. Rub.



Via ad officiu
iudicis spectat pacifi
care discordes. vt. xc. di
stinctione per totum
et marie i capitulo di
scordantes capituli. diffidetes. ¶ deo
post tractatu de offi iudicis ponit

rub. de treug. et pace. Videamus igitur
quid sit treuga. quid pax. et quib
temporibus potissime pax et treuga de
beant obseruari. ¶ Treuga est securi
tas prestita psonis et rebus ad tem
pus discordia nondum finita. ¶ Pax
est discordia finita. Item treugarum
due sunt species. Nam alia conuentio
nalis alia canonica. Conventionalis
ex conuentione recipit formam. sicut
et contractus ex conuentione legem
ideest formam accipiunt vt. ff. de positi. l.
j. §. si conueniat. ff. de re iudi. l. contra
tus. sicut ex ultimis voluntatibus vo
luntas est lex. vt in auten. de nup. §.
disponat colla. iij. ¶ Eo autem tempo
re quod ex conuentione finitur etia
habet fides seruanda est. vt. xxiij. q. j.
noli. xx. q. iij. Innocens qd intelligo
si et infidelis seruat. fideli alias non.
vt. j. de iureiur. peruenit. xvij. q. j. sed
infidelis. C. de trasal. si diuersa pars
et l. cum proponis. ff. loca. et conducl.
quero. §. inter locatorem. xvj. di. esto
subiectus licet sit ar. contrarius. xj. q.
ij. inter verba in fine. xxiij. q. v. quod
deo. et. xxiij. q. ij. vtilem. Est et treuga
canonica que preter omnem conuen
tionem. certis diebus et temporibus
seruanda est vt. §. et. c. j. ¶ Sed hoc
opponit. aut loq. de iusto bello et in
sto. Si de iusto. a tali. etiam his die
bus de quibus hec decre. loquit cessan
dum non est. vt. xvij. q. vlti. si nulla.
Si autem de iniusto. hoc nullo tempo
re faciendus. vt. xj. q. ij. iulianus. et c.
si dñs. xxiij. qd. ij. c. j. et. ij. Solutio pot
hoc intelligi de iusto bello a quo et si
nullo tempore sit cessandum. minus
tamen ei vacandū est his diebus et
temporibus de quibus hec decre. sup
ponit et hoc idem innuit illud decre
cretum si nulla. cum dicit si incurabi
lis vget necessitas vel importunitas
Item potest intelligi et de iniusto bel
lo. quod si nullo tempore sit faciendū

minus tamē his diebus et temporibus
alijs. Ad has treugas canonicas ob
seruandas tres funiculi colligantur.
excoicatio dyocesanorū. confirmatio
vicinorum eporum. et mutuum consi
lium et auxilium a coepiscopis impen
dendum. vt. j. c. j. et. xc. di. precipimus.
et c. prelatum. ¶ Si queritur an epi
constituantur transgressores si hoc
non seruāt. Et pot dici q nō eo q nō
sunt hec moribus vtentium approba
ta. vt. iij. dist. §. leges. ¶ Quare nunc
his diebus et temporibus de quibus lo
quitur hec decreta. treuga canonice
potius sint seruanda super littera ipsa
norauit. ¶ Et est sciēdi q certe sunt
persone quibus perpetuo canonice
treuge debent vt sunt presbyteri mo
nachi. conuersi. peregrini mercatores
rustici cunctes et redeuntes et in agri
cultura existentes. Item et aialibus
que erant scmina et que portant ad
agrum. vt. j. eo. ti. c. ij. ¶ Item romi
pere et oratoria visitantes. vt. xxiij. q.
ij. si quis romi petas habent autem
hoc priuilegium rustici quādiu fuerit
in agricultura sicut milites donec pu
gnāt. vt. C. de resti. mili. l. vlti. et c. qd
nō ob. lon. tē. p. scri. l. vi. sic clerici. mo
nachi. et conuersi donec in ecclesijs ca
nonice ac regulariter viuunt. vt. C. de
epi. et de. l. generaliter. et sic legati gau
dent priuilegio donec in legatione co
sistunt. vt. ff. de iudi. l. ij. §. plane. sic
animalia que ad culturam agri per
tinent. vt. C. que res pigno. ob. pos. l.
pignorum. In summa hoc sciendum
est quod quilibet prelatus et maxime
episcopus prius de plano et absq
coactione postmodum autem iurisdic
tione et potestate debet discordantes
ad concordiam reuocare. xc. di. c. j. et. vij.
q. j. si primates. et litigantes reconci
liare. vt. ff. de viur. l. si usufructus. §.
equissimum. ff. de offi. presi. l. illicitas
§. ne potentiores. ¶ Sed obicitur

q ij

si sic inter litigantes pponatur remaneant crimina impunita qđ est contra legem. vt. ff. ad l. c. ad l. l. ita vulne ratur. ¶ Item expedit crimina nocē tium esse nora. vt. ff. de iniur. l. ei qui j. de collu. c. j. et. h. ad qđ rñdeo quod dixi superius locum habet in causis ciuilibus in actione iniuriarum quā quilibet remittere potest si iniuria non contingat ecclesiam. vt. xxiij. que stione. iij. si is qui. 7 si fit sacra non facienda. vt. ff. de pac. l. finius. §. pacta ¶ Itē hoc intelligo in ciuilib' actio nibus. eo saluo qđ in quibusdam casti bus cōpositionis remedium locum non habet. vt. j. eodem titu. primo. c. ultimo. Item hoc intelligo. vbi de cri mine c. uiliter agitur. nam et si crimē quis remittere nequeat pōt nēdus a ciuili actione sed ab actione defisse re. vt. j. de accu. 2 inquisito. veniens. quando autem ab accusatione impu ne nosstr defissi. 2 quādo non 2 quādo crimen in abolitione veniat. suo loco dicemus. ¶ Item notandū ē qđ episcopus ppriam iniuriam vindica remon potest. vt. xxiij. questio. iij. iter que erelas. Sed eam debet remittere quia ei sanctitas ignoscendi gloriā dereliquit. vt. C. de episc. et cleri. l. si quis in hoc genus. sed non facile dimittere dñ. Nam reipublice interest penas facile non dimitti. ne ad male ficia temere quisquam pñliat. vt. C. de penis. l. si operis. ¶ Quid autem iniuriam ecclesie possit remittere. qđ busdam argumentis suaderi potest Nam episcopus est pater ecclesie. vt. xcy. d. esto sed pater iniuriam illarā silio remittere potest. vt. ff. de iniuri. sed finius. §. filius. Item actio iniuriarū nō est in bonis ecclie autēq̃ intēretur 2 his super ea cōfēstetur. vt. ff. de iniur. l. iniuriarū actio. vñ ci non sit in bonis ecclie pōt eam remittere si ne cōsensu capituli. vt. j. de his qđ

a pre.cū in applica. ¶ Sed hoc nō pō
to fore verū nec obstant argumenta
superiora. Nam et si dicatur qđ pater
est tamen ecclesie pcurator. vt. j.
de dona. c. ij. x. q. ij. ca. cellas. rñ. q. j. ca.
vltio. rñ. q. ij. sine exceptione. In illa
cum apostolica fauor religionis attē
ditur. summa autem est ratio que p
religione facit. vt. ff. de religio. l. i. iux
perfone.

Expatriation

Rubric

Explicito tra-
 ctatu ordinandus ē
 officio:ñ. Accedimus
 ad preparatoria iudi-
 ciorū sed quia homi-
 nē ē pacta ineunt et
 3. Iacinto de his premis
 de pactis eo q̄ decen-
 tius gratis a lite discen-
 eruerunt. et quia pacta
 sunt q̄ transactiones.
 igitur quid sit pactus
 quorū sint species pas-
 siones. et ad quos
 m porrigantur. de qui-
 bus alii possit. et quis sit es-
 sentialis et quē pena non seruat
